Catvero p̄ima propō huius textus potius vñ continua esse superiori rationi, et quasi cōclusio illius. Ecsit dicat. Quicquid Parme. et Helis. senserint, nobis autē tanq̄ manifestū supponatur oia naturalia, aut quādā moueri: qz hoc inductiōe manifestū est. Quippe cū videamus aialia moueri, lignū igne cōburi, semina fructus facere: et alia id gen⁹. It omnia, aut quedā vt inquit Lōm. propter formas substātuales, que p̄prie nō sunt mobiles, sed sunt forme quib⁹ supposita mouent: et tñ reputant res naturales, tanq̄ partes rei naturālis. Ut propter centrum terre aut totā terrā: de qua du biū est an moueat. Itā q̄ hoc dixerit pp intelligentias, vt aliqui volūt, nō est verisimile: qz intelligētie, vt non sunt mobiles, ita nec sunt entia naturalia, de quibus p̄ se tractat physica, vt. q. de subiecto hui⁹ scītiae dētermi natū est. Subdī secūda rō, cur nō pertineat ad physicā rūdere rationib⁹. Parme. et Helis. que est peculia ris ph̄i naturalis: qz (inquit) non cōuenit physico soluere rōnes, nisi que procedit ex p̄p̄is pncipijs philosophie naturalis: ex quib⁹ tñ non pcedunt rōnes istoz. Probat autē maiorē exēplo geometre, qui lz tenebrā dēre ad rōnes Brisonis, contēdētis quadrare circulū per incisiones, non tñ tenebrā dēre ad rōnes Antiphōtis: quippe cū primus pcedebat ex pncipijs geometrie: alter vero non. Tetragnismus idē est qd quadratio.

Cad cuius evidentiā notandū est q̄ solēne erat apud antiquos vt. i. poste. tex. 23. adnotauimus, quadratio nē circuli esse scibile, nondū tñ esse inuentā eius scītiae. Quadrare circulū est, dato circulo, inuenire quadratum, cuius area sit equalis aree circuli. Busto vt ait illic re circulū. Arist. et Hippocr. vt ait Philopon⁹, cōtendebāt quadrare circulū secā do illū in lunulas. Qd varie a doctoz ribus exponit. Lōmenta. n. quem sequitur. S. tho. et cui Philoponus et fere antiqui videntur annuere, explicat hoc mō. Dato circulo describatur intus q̄dratū, inter cui⁹ costas et circūferētie circuli fūt. 4. lune. Et secūda aliquos interpretes nihil amplius faciebat. Ut si in hac figura, non consideres figurā illā. 12. angulorū. sed soluz quadratum intra circulū, ubique libet costa q̄dratū q̄ta circuli sibi respondens habent se sicut corda et arcus. Et tūc sic arguebat. Omnes linee ducte ab eodem punto in idem punctū sunt equalē: corda et arcus ducuntur ab eodem punto in idem punctū: ergo sunt equalē. Si autem quelibet costa quadrati equalis est quarte circuli sibi correspondēti, oēs simul coste sunt equalē toti circūferētie circuli. Rursus si circūferētie circuli et quadrati sunt eōles, inferebat areā quadrati descripti intra circulū esse equalē aree circuli. Alij dicūt q̄ describatur inter latera quadrati et circūferētie circuli, aliā figurā. 12. angulorū: volēs p̄bare illā esse equalē: circulo eadē arte: qz sumpta quacūq̄ parua costa eius, est equalis portiuncule circuli illi correspondēti: qm̄ ducunt ab eodē punctū in idē punctū: sicut corda et arcus. Qd si circūferētie sunt equalē, arcus sunt equalē. Cat vero profecto, neuti⁹ est credibile quāq̄ his rōib⁹ rūsum fuisse. Primo. Null⁹ nisi mēte capt⁹ cōcludere posset cōtra evidentiā oculorū q̄ linea recta et circularis, ducte ab eodē pūcto in idē punctū sunt eōles:



neg quadrati descriptū inter circulū esse equale circulo. Est n. area quadrati pars aree circuli. Presertim: qz antiqui pbebāt dari quadratū equali circulo: hoc mō. Datur quadratū minus intra circulū, et quadratū maius extra: ergo dāt quadratū equalē circulo. Quo modo ergo possent cōcedere qz quadratū descriptū intra circulū sit equalē circulo. Et preterea Arist. dicit qz Brisō nō peccabat in materia, sed in forma: attamen scdm istos peccabat in materia: nā premissa illa qz oēs linee ducte ab eodē puncto in idē punctū sunt equalēs/ est cōtra principiū mathematicū: nisi addas ambas es se rectas: qz diameter circuli, r linea semicirculi non sunt equalēs. Immo ab eodē puncto in idē punctū nō possunt duci due linee equalēs: qz inter duo puncta vni ca tñ linea recta ducis. Et eadē rōe si describat figura. 12. anguloz nullus, nisi cecus, diceret areā illā esse equalē aree circuli: cū sit pars eius. Et eodē mō peccaret in materia, dicēs, qz quelibet costa parua talis figure est equalis portione circuli sibi correspondēti. C. S. Tho. melius dicit qz nō intēdebat figurā signatam esse equalē circulo: sed qz illa arte poterat secari quecūs lū nulla, vt fieret figura. 24. anguloz, et ita procedendo quousqz daref figura rectilinea equalis circulo. Sed pfecto hoc est incidere in opinionē Antiphōtis: qz veniū nō posset ad figurā rectilineā equalē circulo, nisi circumferētia circuli dividere quo ad usqz nō esset ampli⁹ diuisibilis: qd est cōtra principiū mathematicū: et tamē Brisō non peccabat cōtra principiū mathematicā: sed solus Antiphō. Et cōmentator ait Brisōnē peccare in pñia. s. qz putabat siluna circuli quadrare, quadrari posse totū circulū. Sed certe illud falsum est: qz tā impossibile est qdrare lunā circuli, qz circulum. Et certe si luna quadrare, qdrare fēt medietas circuli, et pñis totus circulus: nā dāt vno qdrato facile dāt duplum. Alter ḡ intelligere mihi video quadrationē Brisōnis (scutiū Paulus venetus et alii dicunt), Dato enim circulo secabat circumferentiam in quatuor equalēs portiones, vt est in hac figura.



Antiphō. reputarent hoc mō quadrari circulū, cū Thomas bā uardinus etiā fuerit in hoc deceptus, credēs se istomō nouā inuenisse quadrationē circuli. Lucida ḡ est nunc litera Bris. nā Brisō supposebat principiū geometriæ: scilicet qz cuiqz linee circulari date, pōt dari equalis linea recta, et per pñs pōt dari circumferētia quadrati que sit equalis circumferētia circuli. Sed peccabat in forma, cū inde inferebat, areā qdrati esse equalē aree circuli. Quin potius oppositū sequit. Cū enim circul⁹ sit figura capacissima, eadē circumferentia, descripta in modum circuli, maiorem aream capit, qz si disribatur in modum quadrati. Antiphō moliebas quadrationē circuli hoc mō. Dato circulo, signabat in circumferentia tria pūcta equi distātia: inter que describatur triā gūli equilaterū intra circulū. Alij disribuit quadratū,

quod idē est in re, sed tñ ille semper procedebat per triā gūlos. Mox signato pūcto medio cuiuslibet tertie partis circumferētia circuli, describēbat singulos triangulos sup singula latera pōris triā gūli: r ita faciebat exagōnum. I. figurā sex anguloz. Deinde signato pūcto medio cuiuslibet sexte eiusdem circumferētiae, p̄stituebat adhuc sex triangulos super illa latera circumferētiae exagōni, et faciebat figuram rectilineam. 12. anguloz, vt apparet in subiecta figura.


Et ita procedēdo putabat peruenire ad figuram rectilineaz tot anguloz, vt eēt equalis circulo. Data vero figura rectilinea quoruſcūqz anguloz eq̄li circulo, facilest dare qdratū equalē illi, vt constat perito in geometria. Assumebat autē quadratio hec, p̄missas contrarias principiū geometriæ, vñz qz diuidendo circumferētia circuli, posset deueniri ad circumferētiā angularē equalē illi: illud. n. fieri nō posset, nisi datur trūs diuisiōis circumferētiae: r tñ est principiū in geometriæ continuū esse diuisibile in infinitū. Et ideo ait Arist. qz rationi Antiphōtis rīdere, nō pertinet ad geometrā. Et pari rōne nec incūbit physico rīdere ad rōnes Parme. et Helis. negātū principia naturalia.

C Sepe suspicatus sum illā receptissima sententiā philosophoz, qz quadratura circuli sit possibilis, eo qz est dabilis min⁹ qdratū r maius, esse falsaz. Nec forte eam Arist. assert ex propria opinione: nā qz quis figure sint in quātitate cōtinua, forsan in hac parte habent se vt numeri, in quibus manifestū est qz dāt numerus maior. v.g. ternario, r dāt minor ternario, r tñ nullus est eq̄lis ternario: nisi ternarius ipse. Et in speciebus anima lis est dabilis pfectio r equo, r imperfectio r equo, r tñ nulla est dabilis eq̄lis equo: nisi ipsa spēs equi. Et parirōne nō sequit dāt quadratū intra circulū min⁹ circulo, r quadratū extra, maius circulo: ergo dāt quadratū equalē circulo. Et ideo vt nō est inuēta scientia qdratū re circuli, ita nec est possibilis: qz falsum non scitur.

Sed quoniam de natura quidem, non autem naturales dubitationes contingit dicere ipsos: forsitan quidem bene se habet ali⁹ quantulum disputare de ipsis. Habet enim philosophiam: hæc consideratio.

Subsequens in tex. 12. ait qz qz us ad physiciū nō pertinet cū istis p̄his disputare, nihilomin⁹: qz de reb⁹ naturalib⁹ loquūtur, redarguēdi sūt rōnib⁹ cōmūnib⁹ sumptis aut ex Metaphysica, aut ex Dialectica.

Principiū autem, maxime omnīū pro Tex prium. Cum multipliciter dicatur / id quod xiii. est: quo modo dicūt dicentes vnum esse omnia: vtrum substantiam, omnia: an quantitatē aut qualitatē: & iterum vtrum substantiam vnam, omnia: vt hominem vnum, aut equum vnum, aut animam vnam: an qualitatē, vnam autem hanc: vt album, aut calidum, aut aliquid talū: hæc enim omnia differunt multū: & sunt impossibilia dicū,



Parme.
et Helis.

Enī qu
dris.

Enī p
verso.

In tex. 13. incipit redarguere et confutare opiniones Parme. et Melis. At rōne; Ar. ist. intelligi alii neq; sunt, q; si prius intelligas eoꝝ opinioꝝ que profecto, vt est intellectu difficultis, ita rari sunt qui ultra verba illā percipiāt. Cū n. istorū opera nō extent, nō possumus: nisi al- lucinando eoꝝ opinione cognoscere. Nec tanti sunt momēti antiquorū ista somnia, vt magnū esset illis stu- diū adhibendū: nisi hoc nobis Aristo. negotiū dedisset. Ad, cū alios introitūs alioꝝ eius operū, tum maxime hunc physicoꝝ, in suuē facit, et graue. Parmenides natione eleates discipulus fuit Xenophanes, vnde suā fere opinione traxit vt. i. meta. cap. 5. authoꝝ est Aristo. vbi ait Xenophanē nihil clarū dixisse, et tanq; aggressē rei ciēdū esse cū Melisso, in his que de principiis dixit. Xenophāes vero successit Pythagore. Fuit ergo Par- me. ex stirpe philosophorum italicis, vt in questio. i. diceba- mus, puta ex pythagoricis. Tametsi Magreus Xeno- phanes, atq; adeo ipse, et a Pyth. et a Thalete re- cesserint, vt ait Laer. lib. 9. Melissus vero natioꝝ fami- Pare. fuit discipulus, vt lib. 9. refert Diogenes lacri- tius. Ut autē corū opinioneſ. Ut cūq; intelligātur, notandū est ex Arist. 5. meta. tex. 8. vñq; ad. 12. q; vñ ac- cipit quadrupl. s. numero, specie, gñis, et analogia. Ut n. illi ex ignoꝝ ratiā distinctionis huius nominis / vnum/ peccauerit, ita mō ex eius in consideratione nō intelli- gunt multi eoꝝ opinioneſ. Ad huc vñ numero cōtin- git dupl: aut q; est simp̄l vñ, vt nec sit in potētia plu- ra, quē admodū punctū, et alia indiuisibilia. Que tñ, cū non sint quāta, improprie dicunt vñ numero: s; di- cuntur vñ: q; quodiz est ab alio distinctū. Secūdo mō illa sunt vñ quorū materia est vna. i. cui p̄tes sunt cō- tinue: quē admodū lignū et lapis, et quodiz suppositū quantū. Philosophisti nō erāt adeo stupidi, vt crede- rent oia esse vñ isto mō. s. aut indiuisibile, aut vñ con- tinuū: quippe quividerēt hōse z nō esse sūnū quē genuit, panē quē comedit, aut quē equitat equū: ac deinceps ce- lū non esse terrā. Unū analogia, palud extremū, sunt omnia, que lñ non sunt eiusdē gñis, cōueniūt tñ in uno conceptu formalis, in quo habēt aliquā proportionem. Quē admodū omnia entia mūdi possent dici vñū ens: nā rō entis est esse, et iō omnia significātur cōceptu cn- tis: qui simp̄l de substantia, et scđm quid de accidenti predicat, vt. q. i. super. 4. cap. predicatione. copiose ex- plicauimus. Et si hoc mō diriſſent omnia esse vñū, nihil falsi diriſſent: nā et Arist. id concedit, et est rei veritas: ac si quis diceret, q; hō et eius statua sunt vna res: q; cōueniūt in nomine scđm analogia. Unū autē genere sunt illa que sunt sub eodē predicatione. vt oēs substā- tie sunt eiusdē gñis, et oēs qualitates alterius gñis rc. Unū autē specie (qd Arist. solet vocare vñū rōne) sunt illa quoꝝ diffinitio quiditatua esteadē, vt Petrus et Paulus et oēs hoies sunt hoc in vñū: qui apud anti- quos erat celebratissimus modus loquendi, dicēt Py- phyro, cōmunicatione specie plures hoies sunt vñū homo. Et his duobus modis dicebat isti oia esse vñū s. gñis et specie. Putabant. n. lignū, lapidē, equū, et hominē, celiū et terrā, non differre specie, neq; esse cōpo- sitū se ex materia et forma distinctis spē, neq; habere accidentia distincta gñis: sed differre penes rāpꝝ et dēfūz: rotundū et quadratū, albū et nigrū, et alias id genus differentias: quētū erant modi distincti se habēti reꝝ. Sicut hō qui sedet, differt a scipso dum stat: tenendo q; sedēs et sessio sunt eadē res. Itaq; in sūma, ne opus id sit frequenter repetere, cū isti dicunt ens esse vñū, no- mine entis intelligūt vniuersum: qd Arist. appellat/ qd est. Et intelligunt: ita esse vñū, vt nulle eius partes ra- tione differant. Quorū rationes cap. sequēti cōmemorabimus, licet Parme. multum differebat Melisso. His ceu fundamētis preiactis: q; isti dicebat omnia esse vñū ens, sumit Arist. primū argumentū contra ill.

los a rōne entis: et secundū, a rōne vnius. Proponit er- go in tex. 13. [Principiū autē rc.] i. principiū maxime Disputat omnī optissimū disputationis aduersus istos, sumēdū est ex amplissima significatione entis. Unde hoc collig- itur documentū, nēpe q; initū disputationis sumēdū est a nōminū significatione: ne in equiuoco disputa- tio laboret. Ens. n. multiplicr. i. analogice dī: alia. n. ra- tione substātia est ens, alia vero qntitas, aut qualitas, aut aliud quodiz accidentiū. Rursus substātia multa gñis et spēs vniuoce significat, vt hominē, equū, lapidē: pōtq; accipi vniuersalē et indiuidualē rc. Cū ergo isti dicunt oia esse vñū ens, qdnā talū entiū dicūt esse omnia: et oia sunt vna substātia, aut vñū determinatū lis- gnum, aut vñū lapis, aut vna figura rc. q; nullū est ens nisi hoc determinatū. Sed posset hic aliquis dis- cere Aristotelē petere principium. Negarent. n. illi q; ens multiplicr. dicat: q; dicent omnia esse eiusdē rōnis. Respondet autē q; quicquid sit, vtrū ens analogice, an vniuoce, an equiuoco significet entia: in hoc et atma nifestissimū, et tunc et rceptissimū, q; ens significat et substātias et accidentia: et q; accipitur in vñi et in par- ticulari. Et ideo non petit principiū: sed supponit sig- nificationē nominis receptiū: et querit qd nā ens sit illud, quod omnia esse dicūt. Subiungit autē q; hec omnia sunt impossibilia dictu, vñz q; sunt vñū homo, aut vna qntitas rc. Unde statim tex. 14. et. 15. (quos non erat opus in duo secare) format prīmā rationē ad p̄- bandū q; non omnia sunt vñū genere.

Si enim erūt, & substātia, & quale, & quā Text⁹. tum, & hæc siue separata ad inuicē, siue nō: xiiij. multa sunt, quē sūt. Si vero omnia, aut quā tum sunt, aut quale, siue cum sit substātia, siue cum non sit: inconueniens est, si oportet inconueniens dicere, quod impossibile. nul- lum enim aliorum separabile est, prēter substātiam: omnia namq; de subiecta dicuntur substātia. Melissus autem: quod est, infi- nitum esse dicit. quantum itaq; aliquid est: Text⁹. quod est. infinitum enim: in quantitate est. substantiam autem infinitam: aut qualita- tem, aut passionem esse non contingit, nisi secundum accidentis, si simili & quantitatis aliique sint. Infiniti enim ratio quantitate vtitur: sed non substātia, neq; qualitate. S I SVB S igitur & substātia est & quantum, duo & tātia et qn non vñū est, quod est. si vero substātia fo- lum sit: nō infinitum est, neq; magnitudinē habebit vllā. quantū enim quoddam erit.

Ratio est hec. Aut ea q; sunt in rerū natura sunt substātia et accidentes, puta substātia quāta, vel substātia qualis, aut tñ accidentes sine substātia, aut tñ substātia sine accidenti. Si substātia et accidentes siue sepa- rata sint subiecto, siue non. i. siue quātitas et qualitas insint substātia, siue sint sine subiecto) iam ea q; sunt. i. entia multa sunt. i. multa genere dīa. Notandum. n. incidēter est hic, q; q; uis hec autoritas Arist. magnū habeat momentū ad probandū quantitatē et substātia.

tiā distingui tanq; duas res: quādoquidem quantitas et qualitas pariter cōparantur ad substantiā, neq; ambiā scđm Arist. ambas eodē mō secerū a substantia, mens tñ eius hic, solū est cōcludere q; distinguant tanq; duo g̃ia p̃dicamētōꝝ vt cap. de quantitate adnotauimus eodē. n. modo dixisset q; substātia et relatio duo sunt, quāuis non sunt due res distincte, sed duo p̃ dicamēta formalē distincta, vt. q. i. de quantitate exposuimus. Si vero dicā omnia esse tñ accidens, istud est impossibile: q; nullū accidens est suapte natura separabile a substantia. Accidens enīest: quod substantie accidit, et de illo denominatiue p̃dicatur. Unde specialiter in textus. 15. dirigit rationē ad uersus Adelissum sub hac forma. Omne infinitum est quantum, nā infinitū est quod est in infinitū diuisibile (infinitū in q; ex pte materie, vt isti loquebāt: nā infiniti scđm es- sentiā, q;is est deus, nō est hec diffinitio) sed secundum Adelissum, illud q; oia sunt, est infinitū: ergo est quantum. Rursus nihil est quantū: nisi per quantitatē, siue n. substātia, siue q̃litas, siue actio, vel quelq; res aliꝝ p̃dicamēti est quāta, hoc hēta quātitate: q; scđm Adelissum necesse est q; sint substātia et q̃litas: atq; adeo repetēdo cōcludit Arist. ea que sunt i. entia, non vñū, sed duo esse. i. duo rerū genera. Sed si detur tertiuꝝ mēbrū. s. q; sit substātia sola sine accidēte, tunc sequit q; illa nō est q̃nta, et per p̃n nec erit finita, vt ait Par me. nec infinita, vt ait Adelis. Potuisse pariſ inferre, q; nec esset qualis, q; est contra experientiā, sed maluit inferre ad hominē, q; non est quāta: cuius contrarium ipsi in vici cōſteri tenentur.

Text⁹. Amplius. quoniam & ipsum vnum multipliciter dicitur, quemadmodum & q; est: cōſiderandum est quomodo dicunt vnum esse, omne. dicitur enim vnum: aut cōtinuū, aut indiuisibile, aut quorum ratio eadem & vna est ipsius quod quid erat esse, quemadmodū merum & vnum.

In textu hoc. 16. et tribus subsequentibus prosequitur secundū argū sumptū a rōne vnius. Ut. n. ens, ita et vñū, q; cū ente conuertit, multipliſt df. Aut enim aliqua sunt vñū continuū, ceu ptes hois sunt vnum conti- nuū: aut vñū indiuisibile: aut vñū rōne. i. specie, vt expositū supra reliquimus. Non addit vnitatē analogie: q; illo mō, vt supra dicebamus, nō est incōueniens omnia esse vñū. Neq; addit vnitatē g̃is: q; supra iam arguerat nō esse omnia vñū g̃is. Unū specie appellat ea quoꝝ eadē est ratio. i. diffinitio q̃ditatiua. Velut mērū et vñū. Aliꝝ textus habet vappa et vñū sed idē est. Clappa. n. est quodā vñū certe qualitatis. Intelligit enim ponere ex p̃pī in nominib; synonomis, que solū voce dfia, candē reni significat. vt vestis et tunica. Et in hoc mēbro punctim tangit sensus opinionis istorū. Intelligebant. n. oia esse eiusdē rōmis: ceu tunica et vestis: ita, vt hō et equus et lapis et solo nomine differunt. Tūc sic format argū. Aut omnia sunt vñū continuū, aut vñū indiuisibile, aut vñū rationē: nullum istorum: ergo. In singulis textibus tractat singula mēbra minoris propositionis.

Text⁹. Si igitur continuū est: multa est id quod est. in infinitum enim diuisibile: est continuū.

Q V E HABET autem dubitationem stionis ter tie mā. de parte & toto. fortassis autem: nihil ad orationem: sed ipsam secundum seipsum, utrum vñū an plura sint pars & totum? Et

quomodo vnum: aut plura? & si plura: quo modo plura? Et de partibus non continuis: eadem estratio. Et si totū vñū, vtraq; est vñū indiuisibile: quoniam & ipse sibi ipsiſ.

In tex. 17. probat q; oia que sunt in mōno non sunt vñū continuū: q; si est continuū, partes hēt (est enim continuū diuisibile in semp diuisibilia) q; si partes hēt, iam totū et pars sunt duo: q; petrus non est caput: et eades rōne vniuersum non est lignū, qd est pars vniuersi, et p̃n non tñ est vñū. Nō est hec rō intelligēda ac si Par me. et Adelis. contrariū dicerent, puta omnia esse vñū continuū (non. n. erāt adeo ceci, sed q; dixerant oia esse vñū, infedit oēs modos vñū impugnare: ita n. p̃ oēs numeros solet phos redarguere). Est veritātē sub obſ cura rōne hec Arist. et quā interserit dubitationē, facit eā obſcuriorē. Ait. n. de toto et pte dubitationē ēē, an sint idē. Nō quidā q; hec dubitationē (inquit) ad rem presente pertineat: sed q; per se res est dubia. Ac si dicat q; isti non asserebant oia esse vñū continuū, et ideo redargueret illos q; totū et pars sunt duo, nō est ad rem. Vel forte argū hoc militat etiā contra illos. Nō q; ponerēt oia esse vñū continuū: sed alia rōne vt paulo post. tex. 21. ex- plicabimus. Sed dī nō esse ad orationē. s. presentē, vt ait. Simplicius q; est probleuma dialecticū: qd physicis non erat interserendū. Est ergo dubiū perse an totū et pars sint vñū, et quomodo sint vñū, aut quomodo plura. Nā si pars (inquit) est idē toti, sequit q; partes interse- sunt idē, et si caput est idē petro, et pes est idē petro, se- quitur q; caput est pes. Quocūq; n. sunt eadē vñū ter- tio, sunt eadē inter se. Sed ad evidētiā huiuslitere notandū est q; Arist. nunq; hic cogitauit disputare an partes simul sumpte sint totū (in quo vel ego, vel mul- ti qui oppositū sentiunt, grauitate decipiuntur) sed solum an totū et singule partes sc̃orum sint vñū. s. vtrū Petrus et caput sint vñū. Sed aus quomodo hoc indubiuū poterat cadere: si. n. petr⁹ et caput essent vñū, Petrus esset caput, qd nemo sane mētis cogitare vñū potuit. Rūdetur q; quinon sunt versati in Arist. fallunt hoc ar- guimēto. Etenim apud antiquos, immo in vera signifi- catione nominū. a. et. b. esse vñū: nō semper requirit q; a. sit. b. ceu. Petrus est hō, et est aīal: satis. n. est q; b. non habeat vnitatē distinctā ab. a. et ideo Petr⁹ et caput sunt vñū, q; cū caput sit ei actu vnitū, non habet distin- ctā vnitatē. Qua ppter petrus et caput sunt vñū actu, et duo in potētia. Quarez caput non sit Petrus, est tñ actu vñū cū petro. Et ideo ait Arist. dubiū esse quo- modo totū et pars sint vñū, et quomodo plura. Quasi di- cat: aliter sunt vñū, et aliter plura. Unde q; non cōcedit simpliꝝ q; pars est idē toti. i. q; pars est totū, non valet illud sophisma. Caput est vñū Petru, et pes est vñū eidē petro: ergo caput et pes sunt vñū inter se. Et ita in- telligendus est hic. S. tho. vbi ait, q; si ambe partes po- uant esse simpliꝝ idē toti, erunt idē ad inuicē: non enim intelligit collective, q; si oēs partes simul sumpte sunt totū et. vt aliqui putant, dicētes prōinde secundū. S. tho. q; partes simul sumpte non sunt totū (qd tñ. S. tho. non somniauit) sed solum dixit q; si diuisue ambe partes. i. quelz medietas est idē toti, vna esset altera. Colligē ergo q; quelz pars est vñū toti, immo duemē- diates sunt vñū totū: sed nihilominus quelz pars est alia a toto, q; non p̃dicat de toto in recto. Unde Lō- mentator, et Philopo. et Themist. et Simplicius. ex- pressa auint non valere hoc sophisma. Quelz pars est alia a toto. q; oēs simul sunt aliud a toto: immo oēs si- mul ptes (inquiunt) sunt totū. Et hāc literā tot verbis tractauimus, q; de hoc facimus questionē tertią, qua ostēdimus totū nō distinguiri a partibus simul sumptis, cuius contrariū multi p̃funt Arist. sensisse. Restat tñ

scrupulus in litera vbi habetur q̄ eadē est rō de partib⁹ non cōtinuis. Videlur. n. q̄ in aceruo lapidū verū non sit q̄ lapis et aceriuſ ſint vnū: ſiquidē vnusquilibet la-
pis hēt distinctā vnitatē. Ad qd tñ rñdetur, q̄ intelli-
gitur de partibus nō cōtinuis, faciētibus tñ vnū artifi-
ciū, ceu ſunt ptes domus: que l3 ſingule in ḡne entis ha-
beant vnitates distinctas: et per p̄n ſint actu plures
ſubſtātē, tñ q̄ faciūt vnā domū, que dicit vnā formā,
illa rōne quelz pars domus eſt vnū toti domui: nā in ge-
nere qualitatis forma partis non eſt perse vna, ſed fa-
cienſ vnam formā totius.

Text9. XVIII. **C**at vero ſi velut indiuiſibile: nullum erit
quantum, neq; quale. Neq; itaq; infinītū
eſt, id quod eſt: ſicut Meliſſus dicit. neq; fini-
tū: ſicut Parmenides. Terminus enim: in-
diuiſibile eſt, neq; finitū eſt.

Cin tex. 18. tractat ſecundā partē minoris ſubſumptē
in principali argumēto, vñz q̄ non oia ſunt vnū indiuiſibile. Mā tunc (inquit) ſequereſ q̄ illud vnū nec eſſet
finitū, vt ait Ḧarmē. nec infinitū vt ait Ḫeliſſus. Qd
ſiquis arguat tā deū q̄ angelū eſſe indiuiſibileſ: et ta-
men deus eſt infinitus, et angelus finitus. Rñdetur q̄
iſtio loquebantur de finito et infinito ex parte materie: q̄
ponebāt omnia eſſe vnū principiū materiale: et hoc mo-
do nihil eſt finitū aut infinitū, niſi rōne quātitatis: de⁹
autē eſt infinite eſſentie, et angelus finite. Quare pun-
ctum (quod hic Arift. vocat terminū) proprieſ nec eſt fi-
nitū, nec infinitū niſi negatiue: quia, cum non extendi-
tur, non finitū.

Text9. XIX. **C**at vero ſi omnia que ſunt, ratione vnum
ſunt, vt indumentū & tunica: Heracliti ora-
tionem contingit ipſos dicere. Idem enim
erit eſſe & bono & malo: & non bono & bo-
no. quare idem erit / bonum & non bonum,
& homo & equus. & nō, de eo q̄ vnum ſunt
que ſunt, ratio erit: ſed de eo q̄ nihil ſunt.
& tali eſſe & tanto: idem.

Cin tex. 19. prosequi tertii membrū directe contra
iſtorū opinionē, vñz q̄ non oia ſunt vnū rōne. Et argu-
mentū eſt hoc. Si oia que ſunt in mūdo eſſent eiusdē rō-
nis et diffinitionis, ceu tunica et indumentū, ſequereſ
opinio illa absurdā Heracliti, q̄ eadē eſſet ratio boni et
mali. et q̄ mali includit non bonū, eadē etiā eſſet ratio
boni, et non boni, et ſic eadē eſſet rō duorū cōtradicitorio-
rū. Et ſeſdo ſequereſ, q̄ eadē eſſet rō et diffinitionis et
equi: q̄ hō et equus ſecundū illos nō differūt magis q̄
tunica et indumentū. Et tertio cūorū que ſunt eiusdē
rationis, vnū prediſat de alio (que admodū tunica eſt
indumentū) ſequereſ, q̄ albū eſſet non albū, et hō eſſet
equus: et pariratione ſequereſ, q̄ ens eſſet nonens et ni-
hil, et q̄ vnū eſſet plura. Et tunccōtra illos ſequeretur
q̄ ſicut oia ſunt ens, ita omnia ſunt nihil: et ſicut omnia
ſunt vnū, ita oia ſunt plura. Et. 4. ērſequereſ (inquit)
q̄ tali eſſe et tāto, idē eſſet. i. q̄ eadē eſſet rō predicationē
ti qualitatis et quātitatis: et per p̄n ūtā ſunt eadē q̄
litas: qd eſt oia predicationē permifſere. **N**otandum
eſt hic q̄ Heraclitus, q̄ dicebat oia eſſe incōtinuo mo-
tu et fluxu, vt patet. 4. meta. tex. 12. et id qd fit partim
eſt tale, et partim non tale (qd. n. calefit partim eſt cali-
dū, et partim non calidū, ſed quodammodo frigidū) aſſere-
bat ſubinde (vt p̄zeo. lib. tex. 13.) idē eſſe calidū et frigi-
dū, bonū et malū: immo dicebat ſimpli idē eſſe et non
eſſe: q̄ res quoctūg momento eſt in corrūpiꝝ generari.
Quē tñ ait Arift. 4. meta. tex. 9. et. i. post. tex. 25. ſolo id
verbo dicere, non tñ corde credere. Similia absurdā in

feruntur ſi oia entia ſunt eiusdē ratiōis, vt iſti dicebāt.
Et ſunt notanda quatuor mēbra que Arift. infert con-
tra illos. Primo q̄ contrariū verificareſ de ſuo cōtra-
rio, et contradictoriū de contradictorio: et ſecundum, q̄
vna ſpē verificareſ de alia vt equus de homine. Ter-
tium q̄ non ens et nihil, verificareſ de ente: et quar-
tum deniq; q̄ vnum generaliſſimum verificareſ de
alio, vt quantitas de qualitate.

Conturbabantur autem & posteriores, **Textus**
quemadmodum & antiqui: ne forte accidat
ipsiſ, idem ſimil vnum eſſe & multa. Quia
propter & alijs quidein ipſiſ ſunt auferebāt,
quemadmodum Lycophron. alijs autem: mit-
tabant diſtioneſ. quoniam homo, non al-
bus eſt: ſed albatur. neq; ambulans eſt: ſed
ambulat. vt ne ipſum eſt adiſcentes, multa
faciant eſſe vnum, tanq; ſingulariter diſto,
vno, aut ente.

Clarus eſt inter expoſitores ſenſus huius textus vi-
gessimi: exiſtimo tñ ſi habere. Cauſa deceptionis Ḩar-
menidis et Ḩeliſſi, vt ait Arift. 1. meta. tex. 4. fuit, q̄
neſciebāt diſtinguere inter vnum et plura. Et ideo cū vi-
debat omnia que ſunt, ſouenire in rōne entis, non ad
uertere bāt ſub illa vna rōne poſſe ab inuicē diſſerre alijs
rōnibus ſpecificis inferioribus. Sunt nāq; oia anima-
lia eiusdē rōni generice, ſub qua tñ ſunt ſpē plurime.
Itaq; deberent cōcedere q̄ vniuersum pōteſe vna ra-
tione vñz, et alia rōne plura. Obidq; iam ante Ariftos
telē ceptū erat ab alijs aduersus eos diſputari, q̄ pote-
rat eſſe aliq; ens, et vnum, et plura, diuersis rōnibus.
Et potiū id demonſtrabant in vno ſuppoſito. Eſt
i. petrus. v. g. philoſophus, albus, magnus, et ſic de
alijs accidētibus: quequidē oia ſunt vñz ſuppoſito: q̄
illa accidētia nō habent vnitates ſeorsum, preter illaz
qua habent in petro: et tñ ſubſtantia et qualitas, et q̄n
titas ſunt plura, non ſolū ſpē, ſed genere. Postiores
ergo diſcipuli Ḩarmeni. et Ḩeliſſi mordicus ſubſtine-
tes vno et plura adeo eſſe oppoſita, vtq; eſt aliqua ra-
tione vñz, neutiq; ſit plura, ſucurrebant huic argumen-
to negātēs q̄ in petro ſint plura accidētia, queratione
diſtinguant, ſed ſola ſubſtantia. Et q̄ verbū eſt / vñ
faſcere diſtinctionē inter ſubiectū et prediſatū, et denota-
re exiſtentia prediſatū, admittebant quidē eſt / ſeſm ad
iaceſ dictū de ſubſtantia. I. petrus eſt / non tñ tertii ad
iaceſ. I. petrus eſt albus, aut eſt phus et. ſed ſine ver-
bo affirmaſt / petrus albus / petrus phus et. Alij vi-
dentes nō eſte enūciationē ſine verbo, vtebātur verbis
adiectiuiſ. I. petrus albaſ, philoſophat et. putantes
hoc mō ſubſtinenre q̄ petrus et alia accidentia non ſunt
aliquo modo plures: es, tanq; ens et vnum ſingulari-
ter. i. vno tantum modo diſcatur.

Ced multa ſunt, que ſunt: aut ratione, vt
aliud eſt albo eſſe & muſico (idem vero, vtra
q̄ multa itaq; vnum) aut diuſiōne, quemad
modum totum, & partes. Hic autē ſam diu-
bitabant: & conſitebāt vnum, multa eſſe.
tanq; non continget, idem, vnum & mul-
ta eſſe, non autem oppoſita, eſt enim vnum:
& potentia, & actu. Hoc iſit ſur modo diſcen-
tib⁹, impoſſibile videſ quae ſunt, vñz eſſe.

Cin texu. deniq; 21. et vltimo huius capitū: patefa-
cit Arift. iſtoꝝ ignorantia, maniſtans qd idem eſt, et

xii, et plura, diuersis rationibus. Et qd in eodē supposito id ostendit duplī: primo, vt mō dicebam⁹, qd in vno supposito sunt multa dñia rōne: et secundo, qd vnu continuū est plura in potētia, cū possit in plures partes dividī: ait primo qd aliud est albo esse, et musico. i. albedo & musica, b̄z sint vnu supposito, spē tñ differunt. Et ideo [vtraqz inquit] idē. i. sunt: et per qns multa, vnu. i. ea que sunt multa specie, sunt vnu supposito. Item vnu continuū qd est vnu in actu, diuisiōe est plura in potētia. ¶ Subdit autē Aris. qd quis primū modū sophystice illi cauillabāt, auferentes verbū: tñ secundū modū non poterāt. Et ideo illic titubare et herere ceperunt, quasi inuitic cōfidentes vnu esse multa. i. vnu cōtinuum esse plures partes. Et inde cepit iam labefactari opinio Parme, qui ita putabat vniuersum, esse vnu in ratione entis, vt nullomō esset plura genere aut spē. Ceperunt n. tūc videre posteriores, qd sicut vnu continuū est vnu actu et plura potētia: ita oia que sunt, sūt vnu in rōne entis, et nihilominus plura sub diuersis rationibus genericis & specificis. Ait ergo Aris. qd merito isti confiteban⁹ vnu multa esse. tanqz nō cōtingeret inquit idē vnu et multa esse, non autē opposita. Est. n. vnu potentia et actu. Interrogāter legēda est hec negatio. Ac si affirmeret. Cōtingit idē esse vnu et multa, non quidē opposita: qd vnu et multa secundū eandē rationem opponuntur, vt habet. s. meta. tex. 15. non tñ diuersis rationibus, vt vnu actu, et plura potētia, non opponuntur. ¶ Ex quibus deniqz cōcludit, qd hoc mō dicentibus i. cōsiderantibus qd id qd est vnomō vnu, pōt aliquando esse plura: statim videbitur impossibile qd isti dicebant. omnia esse vnu. Hic tandem adnotandū est primo qd nō adducit argumentū, qd totū et partes sit vnu et plura, propterea qd isti crederēt vniuersum esse vnu continuū (qd multos hactenus decepit) sed qd decipiebat credētes ea que sunt vnu in rōne entis, non posse esse plura spē vel ḡie: cuius cōtrariū a simili ostenditur in toto et partibus. Secundo id presertim adnotandum est hic, quēadmodū Aris. concedit vnu continuū esse plura: et per qns totū esse suas partes, vt. q. 3. latius disputamus. Sequitur tñ prius caput tertium, vt disputationē cōtra nonnaturaliter loquentes terminetur.

¶ V O R E S P O N D E T V R R A T I O N I B V S . P A R M E . E T M E L I S . C A P . III.

Text⁹.
xxij.



T ea ex quibus ostendunt: solvere non difficile est. vterqz enim contentiose syllogizat, & Melissus, & Parmenides. Nam & falsa accipiunt & non syllogizantes sunt. Est autem Melissi magis onerosa ratio: & non habens dubitationem. sed vno inconvenienti admissō: alia contingunt. hoc autem: nihil difficile est.

¶ Postqz in superiori cap. Aris. confutauit opiniones istorū nonnaturaliter loquentiū, in hoc tertio (quod p̄ decē textus distribuitur) r̄sūt rationibus et fundamētis eorū. ¶ In primo ergo statim textu, qui est vigescimus secundus in ordine, ait qd nō est difficile soluere ea ex quibus ostendunt. i. ea argumenta quibus nituntur demonstrare suas opiniones: vterqz. n. tā Meliss⁹ qd Parmenides contentiose syllogizat: nā et falsa accipiunt, peccantes in materia: et non syllogizātes sunt, peccantes in forma. Cōtentioſ⁹. n. syllogismus vt habet. i. elēcho, cap. 2. est, qui apparet syllogizare, non tñ syllogizat. tamēsi Melissi ratio magis sit onerosa: qd multis modis

absqz vlla probabilitate peccat: vno. n. inconvenienti dāto, plura sequuntur: et ideo nulla est difficultas eius rationem ellidere.

¶ Q uod igitur paralogizat Melissus, manifestum est. opinatur. n. accipere, si quod factum est omne, habet principiū: qd & id qd non factum est, non habet. ¶ Postea & hoc in conniveniens: omnis esse principiū rei, & non temporis, & generationis non simplificis, sed alterationis, tanqz non momentaneae facta mutatione.

¶ In hoc textu. 23. et sequenti r̄sūt Melissi. Rationē qd Melissi qua probat oia esse vnu, idēqz infinitū atqz immobile erat hec. Quicqz est factū, habet principiū: ergo quicquid nō est factū, nō habet principiū: sed ens non est factū: ergo nō habet principiū. Rursus qd non habet principiū, eadē ratione nec hēt finē: quod autē non hēt principiū nec finē est infinitū: ergo ens est infinitū. Deinde. Omne infinitū est immobile (quia infinitū replet omnē locū, et qd mouet acquirit locū in quo anteā non erat) sed ens est infinitū: ergo est immobile. Postremo. Infinitū esse non pōt, nisi vnu: qd extra infinitū non restat locus vbi sit aliud: est autē ens infinitū: est ergo vnu. ¶ Primū qd Aris. vñ hic debuisse negare, erat minorilla sublunaria quotidie fāt et corrūpantur. Attamē quia, vt tex. 13. dictū est, nomine entis isti inteligūt vniuersum, qd sedm Aris. est perpetuū, tanqz notwithstanding illā minorē. Quin ēt (vt in subsequentibus demonstrabilē singularia nō sunt sub rōne entis, s̄ sub rationibus particularib⁹ hominis, ligni &c. Lū enim nihil fiat nisi ex suo cōtrario, vt ignis ex nō igne, puta ex ligno: et hō ex non homine. s. ex semine, si ens fieret, debet fieri ex nō ente, puta ex nihil per creationē: quā philosophi naturales non cognoverunt. Sed de hoc inferius. ¶ Admissō & qd ens nō est factū. Quatuor sūt in hac rōne peccata: quorū duo redarguit Aris. in hoc textu, et duo in sequenti. Primo nāqz peccat in forma prime p̄sequente. Non. n. sequitur. Siid quod factum est habet principiū, id qd non est factū non habere principiū. Est. n. ac si arguas. quicquid est hō est aīal: ergo quicquid non est hō non est aīal. Aut si argueret cōditioniter ex opposito antecedētis ad oppositū p̄sequētis. Sequit nāqz. Si hoc est hō, est aīal: ergo si nō est animal, non est hō: nō tñ sequitur. Si hoc est hō, est aīal: ergo si non est hō, nō est animal, licet: ergo, arguere ex opposito cōsequētis ad oppositū antecedētis si hoc est factū, habet principiū: ergo si non hēt principiū, nō est factū: non tñ ex opposito antecedētis ad oppositū cōsequētis si hoc est factū hēt principiū: ergo si non est factū, non hēt principiū. ¶ Secundo ibi postea ostendit qd Melissus preter malā p̄niam laborat ēt in equinoce de ly/ principiū. Principiū nāqz (quātū attinet ad propositū) accip̄ triplī: aut p̄ principio tēporis, aut p̄ principio magnitudinis et quantitatis finite: et tertio p̄ principio generationis non quidē inquit simplificis, sed alterationis. ¶ Quodī adiecit: qd si accipiat ḡnatione proprie p̄ introductione forme substantialis, non hēt propriē principiū, qd est momentanea: alterazō p̄cipū vero qd est per motū, habet principiū. ¶ Ergo Melissus arguebat, id qd est factū habere principiū, et qd non est factū carere principio, verū habebat de principio tēporis et de principio ḡnationis: qd vero postea interf id qd non hēt principiū et finē esse infinitū, solū est verū de principio magnitudinis. Stat autē id qd non hēt principiū tēporis nec ḡnationis, hēre nihilomin⁹ principiū magnitudinis, et sic nō esse infinitū: vt patet

de celo & vniuerso scđz Aris. Et hoc est qđ ait [et hoc incoueniens] s. reputatū est a Meliso] nēpe q̄ ois [i. vniuersi] sit p̄ncipiū (puta magnitudinis) nō tñ t̄poris & generatiōis rc. Lū inde facto nō sit incoueniens. s. q̄ vniuersi sit p̄ncipiū magnitudinis: licet nō habeat p̄ncipiū t̄poris nec ḡniationis. Atq̄ potuisset Aris adisce re, aliqua que scđz suā opinionē nō sunt facta, h̄ere n̄ nihilomin⁹ ēt p̄ncipiū a quo def̄ēdēt. vt sunt vniuersuz et intelligētie que sunt secundū eū p̄petua, dependent nihilomin⁹ adeo. 3. 8. cel. tex. 61. Sicuti perpetue veritas ceu/ hō est risibilis/habēt nihilomin⁹ principia: vt homo est animal rationale vt habetur. 8. hui⁹. tex. 68.

Text⁹. Deinde ppter quid est immobile, si vñū est: sicut enim & pars vna cū sit, h̄ec aqua, mouetur in seipsa: quare non & totum? Postea alteratio propter quid nō erit. **Text⁹.** nec specie possibile est, vñum esse, nisi eo ex quo. Sic autem: & Physicorum quidā dicit vñū. illo enim mō: non. hō nāq̄, ab equo alterū est specie. & contraria: ab inuicem.

Contex. 24. refutat alia duo. Terti⁹. n. error erat in ferre/si ens est vñū & infinitū, eē subinde imobile. Nā aq̄, q̄ est vna ps vniuersi, moueret i suo loco nālī sine acq̄sitione noui loci (mare itelligit: qđ in suo loco nālī. uit & refuit) & eadē rōe nihil inueniret q̄ l̄ vniuersū cēt vñū, nec posset mutare locū, nihil moueref in suo loco scđz partes. Preterea qñ locat̄r nō moueref, nihil vetaret, q̄ min⁹ moueref motu alteratiōis scđz suas ptes. Quar tū deniq̄ peccatiū Melissi erat cū inferebat. Siens ē in finitū, esset subinde simpl̄r vñū. Nā poterat habere partes specie differētes: sicut mō, l̄ orbis esset infinit⁹, essent nihilomin⁹ multe species. Sed ad intelligentiā litera, que nimis est cōfissa, notato q̄ vniuersa corpora sunt eiusdē speciei scđm materiā, vt inferius videbitus. Quicquid sit de celo: cuius materia, vt infra dicemus, est alterius sp̄ei a materia horū inferiorum, secundū Aristoteli: l̄ aliū p̄hi putauerint esse totā materiā vniuersi eiusdē sp̄ei. Differunt tñ partes orbis specie scđz formas. Et hoc est qđ ait [nec sp̄e possibile est vñū esse, nisi eo ex q̄]. i. nō sunt oia eiusdē sp̄ei, nisi scđz materia, ex qua fiūt: sic aut̄ quidā p̄hōz dicunt vñū. s. esse oia: illo. n. mō. s. qđ dicit Meliss⁹ nō. Nā nāq̄ ab equo alterū quidā est: suntq̄ due sp̄es ab inuicē cōtrarie.

Text⁹. Et ad Parmenidē aut̄ idē mod⁹ rōnū est: & si aliq̄ alijs sunt p̄prijs. Et solutio est: partim q̄ dē quia mēdax est, partim aut̄ quia nō cōclu dit. mēdax quidē: quia q̄ dē est, accipit simpl̄r dīci, cū multip̄l dīca. Nō cōcludit aut̄: q̄a si sola alba capiātur. significāte vñū albo, nihilomin⁹ multa alba sunt, & nō vñū. nō. n. cōtinuatiōe erit albū vñū: neq̄ rōne. Aliud enim erit esse albo: & fuscipēti: & non erit preter albo: aliquid separabile, nō enim quatenus separabile est: sed esse, alterū est albo, & ei cui inest. Sed hoc Parme. nō dū videbat.

Coluta rōne Melis. psequif Aris. soluere rōne Parmenidē. Hoc tñ premittēdū est hic, q̄ Parme. diuersas cēsēt nō nulli habuisse opinōes de p̄ncipijs. Philopo. nāq̄ supra tex. 6. dicit q̄ in illis que scripsit scđz alterū opinōes tenuit duo esse p̄ncipia, puta ignē et terrā: sed in alijs operib⁹ scđz p̄priā sententiā tenuit oia esse

vñū. At vero alijs exp̄ssere fert Aris. i. meta. c. 5. vbi sit vtrāq̄ esse p̄priā opinōē Parme. nēpc̄ q̄ opinat⁹ est oia esse vñū scđz rōnē, s̄z duo esse p̄ncipia scđm sensū. s. ignē et terrā. Qđ est dicere. Quanq̄ oia q̄ sunt in mundo sunt essentialēr eiusdē sp̄ei, tñ q̄ ad sensū experimur ignē inter oia esse maxime actiuū, appellavit causā efficiētē, ignē: causā vñō materialē, terrā. Qđ ait oia es sent vñū. i. eiusdē rōnis specificē, l̄ alia id rōne p̄bauerit. vt habef. i. de ge. tex. 57. hoc tñ id potissim⁹ sibi persuadebat, vt habef. i. meta. Quicquid est p̄terens est nō ens: s̄z nō ens est nihil: q̄ quicquid est preter ens est nihil. Ursus ens et vñū p̄uertunt: q̄ quicquid est p̄ter vñū est nihil: et p̄nū oia sunt vñū. At q̄ Aris. hic q̄ ad Parme. idē mod⁹ est rōndē, qui ad Melis. qz. s. in materia peccat, falsa assumēdo: et informa, male infēcēdo. Taz metis alijs sunt p̄terea peculiariēs modi rōndē Parmenidi: sane q̄ differebat a Melis, nō solū in rōne, sed in cōclusionē: qz nō ponebat ens, qđ est vniuersū, esse infinitū, vt Melis. Lui⁹ rōne dīcē explicat Aris. i. meta. c. 5. qz vñl̄z Parme. p̄onebat oia esse vñū scđz formā. s. fin rōne entis, in q̄ cōueniunt oia que sunt in mūdō, quaz tñ ponebat esse finitā. Melis. vero poti⁹ sequebat rōne materie: qz vñl̄z id qđ est factū nō hēt p̄ncipiū et p̄nū est infinitū, vt expositū est. Qđ rōne Parme. primo assumit falsa et mēdax est, p̄bat. Aris. qz accipit ens simplicē dici, cū tñ multipl̄r dīca. Enī uero vt maior Parmenidis apparentiā hēt, accipit dū est ens vt significat oia entia mūdi, ac si significaret eadē rōne. Tūc. n. apparentiā hēt dicere q̄ quicquid nō est ens, est nō ens: sicuti quicquid nō est substātia est nō substātia, et quicquid nō est hō, est nō hō. Quanq̄ neq̄ tū cesset vera in sensu affirmatiōo, qz nō ens pro nullo supponit. Sed tñ ad suū p̄positū tantū dē faciebat sensus negatiūs: qz sat̄is illi erat si quicquid est p̄ter ens nihil est. Attī cū ens nō vniuoce: s̄z analogice significet entia p̄ncipl̄r substātia, et min⁹ p̄ncipl̄r accidētia) neq̄ illā apparētā hēt. Nā ens simpl̄r dictū supponit pro substātia, et id tñ valet illa maior, ac si diceat. Quicquid est p̄ter substātia est nō ens. Quicquid est falsa: nā l̄ accidēs non sit ens simpl̄r vt habef. 7. meta. tex. 2. tñ nec simpl̄r est non ens neq̄ est nihil: qz est entis ens. Preterea Parme. peccat iforma (qđ appellat Aris. nō plūdēre) vt. i. p̄nia formāl̄r cōcludat, dēt in oibus tñris eiusdē forme vñl̄r cōcludere. vt. 5. lib. sūmulaꝝ expositū habem⁹: illa tamē p̄nia nō valet, si loco dely/ens vñamur hoc nomine/ albus, qđ vniuoce siq̄cet alba diuisive si ens siq̄cat entia. Tūc. n. nō sequit. Quicquid est p̄ter albū, est nō albū: q̄ oia sunt vñū albū: aut cōtinuatiōe. i. tā q̄ vñū p̄tinū, aut sūm rōne: qz aliud est esse albo in quātū albo, & alijs fuscipēti. i. alia est rōne & diffō albedinis, & alia corporis, qđ est eius subm̄. Ad evidentiā hui⁹ rōnis notandū est q̄ cū Aris. ostēdīset primū peccasse Parmenidē in equocatione entis, vt ostēderet peccare ēt in forma, ac cepit tñrum vniuocū in q̄ nō cōmitteret prim⁹ error. Et hoc est qđ ait [albo vñū significāte]. i. vniuoce, & p̄terea vñū diuisive: ad tollēdū alia equocationē entis, qđ accipit ēt pro vniuerso: in quo maxime sensu hēt apparentia q̄ quicquid est p̄ter ens est nō ens. Et p̄terea vt maior affirmatiōa esset vera, s. quicquid est p̄ter albū est nō albū: q̄lis nō erat illa/quicquid est p̄ter ens est nō ens. Ac cepit aut̄ nomē cōnotatiū, vt in vno exēplo patefact et q̄ Parme. nec cōcludit oia esse vñū cōnotatiū, ne q̄ vñū rōne vt statim videb̄. Sēs us ergo Aris. est face re hāc p̄nia. Quicquid est p̄ter albū est nō albū, & quicquid est albū est vñū albū: q̄ quidquid est p̄ter vñū albū est non albū. Unū vñ cōsequi nō esse nisi vñie albū. In q̄ maxime appetit in sufficiētia p̄oris p̄fie. Nā si ly/vñū accipiat diuisive, vt cēvertit cū ente, bona est p̄fia, & cōclu sio est vera: quippe cui⁹ sensus est q̄ll̄d qđ nō est vñū albus nō est albū singul̄r: sed tñ inde nō sequit q̄ oia alba

Par. fintū
Melis.
infini.

collective sunt vnu albu. Si tunc vnu accipiat collective, ut facit sensum exclusuum gratia pluralitatis, quemadmodum in exponilibus dictum est, tunc omnia non valet. Est n. ac si argueret oē albu est vnu albu: quia vnu sūt alba. i. vnu et non plura. Et eo dēmō peccat omnia Parmenides. Dēcedim⁹ n. q̄ quicq̄d est p̄ter ens est non ens: sicut negat. i. nihil est. Et cū subsumit oē ens ē vnu, cōcedit si accipiat vtrūq̄ diuisione. i. pro singulis entibus: sed negat omnia quā inferit: q̄ oia sunt vnu. Est nāc ac si argueret. Qē ens est vnu: q̄ tū vnu sunt entia. i. vnu et non plura. Et iō rō Parme. non cōcludit q̄ oia sunt vnu cōtinuatione. i. vnu cōtinuū. Quod autē nō cōcludat oia esse vnu rōne, p̄bat Arist. Et vt evidētor sit rō, p̄cedam⁹ Parmenidi grā disputatiōis nō esse in mūdo ali⁹ ens q̄ vnu albu. Tūc adhucēo sequit. Quicq̄d est p̄ter vnu albu nihil est: q̄ oia sunt vnu rōe. Quia aliud inq̄t est esse albo in quātū albo, et aliud suscipiēti. i. alia erit rō albedinus et alia corporis subiecti: quāvis albedo nō sit p̄r corp⁹. i. nō sit a corpore separabilis (loquuntur lumine naturali) nō. n. (inquit): q̄ separabilis, aliud ē: s̄ q̄ alia est diffinitio albedinus et alia corporis. Hoc autē Parmenides nondū videbat] vñ q̄d est vnu subiecto sit plura scđm rationē et definitionē.

Text⁹. **xxvi.** Necesse est igit̄ accipere ijs q̄ dicūt q̄d est, vnu esse: nō solū vnu significare quod est de quo vtiq̄ predicate, sed & q̄d vere est, & q̄d vere vnu est. Accidēs. n: de subiecto quodā dī. quare cui accidit q̄d est: nō erit. alterum enim est: ab eo q̄d est. erit itaq̄ aliquid: q̄d non est. nō itaq̄ erit alij in existens: q̄d vere est. nō enim erit enti ipsi, esse: nisi multa, q̄d est, significet, sic vt sit aliquid, vnu quodq̄. sed supponitur quod est: significare vnu.

Postq̄ Arist. mōstrauit omnia Parme. non esse formālē, p̄sequit ostēdere q̄ neq̄ in suis tr̄is materialē cōcluit. Et in hoc ter. et sequēti ostēdit q̄ nō cōcludit omnia esse vnu, tribus rōnibus. At q̄ litera hec aspera est et cōscissa: notandum est q̄ istud cōplexū q̄d est/ tñ valet apud Arist. quantū ens, ḡnialiter dictū, vt p̄dicat de substātia et quodāmō de accidētibus. S̄z cū ait/q̄d vere est/intelligit ens simplē, vt solū dī de substātia, que simplē est ens: nā simplē esse, idē est q̄d subsistere. Intēdit ergo Arist. hāc primā rōnē. An Parme. dicit/quicquid est p̄ter ens est nō ens/ aut accip̄r̄ ens a parte subiecti pro solo accidēte, aut pro sola substātia, aut indiferēter pro vtrōq̄: nō p̄t accipi pro solo accidēte, nec pro sola substātia: q̄ accipit indifferēter p̄ vtrōq̄, et per p̄nū q̄i cōcludit oia esse vnu ens, ly ens includit plura scđm rōnē, puta substātia et accidēs. In hoc textu p̄bat primā partē minoris. s. q̄ nō accipiat hic ens pro solo accidēti, dupli rōne. Primo q̄i cū substātia sit id q̄d vere est. i. p̄prie ens, accidēs vero solū est id de quo ens quodāmō predicat. scđm quid, nō debet isti accipere/vnu/ vt significet q̄d est. i. ens, de quo vtiq̄. i. quodāmō predicat, puta accidēs: s̄z vt significet id q̄d vere est. i. substātia, et q̄d vere vnu est: nā enset vnu cōuertunū. Sedo prob̄ idē. Si ens a parte subiecti accipiat solū pro accidēti, cū accidēs sit id q̄d dī de subiecto, sequit q̄ id cui accidit/q̄d est. i. subm̄ cui cōuenit accidēs, q̄d est ens, esset nō ens: nā si solē accidēs est ens, et quicq̄d est p̄ter ens, est nō ens, sequit q̄ substātia nō erit. i. erit non ens et nihil: q̄ substātia est alterū ab eo q̄d est. i. ab accidēte, q̄d est ens / erit itaq̄ aliquid q̄d non est]. i. tūc nō ens, puta substātia, erit ens. i. albu. Albedo. n. que tūc solū esset ens, p̄dicaret in cōcreto de substātia, que esset nō ens: et sic vnu cōtradictoriū predis-

caret de alio: q̄d est absurdū. Et preterea sequeret q̄ id q̄d est. s. accidēs, nullū inexistet, et cū esse accidentis non sit nisi inexistere, seq̄ref q̄ accidēs simpliciter nō esset. Tū sequeret alia p̄tradictio, nēpe q̄ id q̄d est. i. ens, nō haberet esse. Sequitur ergo (inquit) q̄ nisi id q̄d est. i. ens, multa significet, puta et suātātia et accidēs, nō p̄t ens, quod est accidēs, habere esse. Iste autē dicunt q̄ ens non significat nisi vnu: ergo nullatenus possunt dicere q̄ illud vnum sit accidēs.

CSi igit̄ Q V O D vere est, nulli accidit, **T**ext⁹ sed illi aliquid: magis quod vere est, significat **xxvi.** q̄d est q̄d nō est. Si. n. erit q̄d vere est, idē et albu, albo autē esse nō est, q̄d vere est (neq̄ .n. accidere ipsi possibile est: q̄d est nihil. n. q̄d est, est: q̄d nō vere sit) nō ergo q̄d est: albu est, nō sic autē, vt aliquid nō sit, sed omnino nō sit: erit, q̄d vere itaq̄ est: nō ē. verū. n. est dicere: q̄d vere est, albu esse. hoc autē: nō q̄d est, significabat, quare & si albu significat,

& q̄d vere est: multa ergo significat, q̄d est.

In tex. 42. subiungit rationē, qua coacti sunt antiqui ponere principia quodammodo contraria. Vit/ quodammodo quoniā plenū et vacuū nō sunt proprie contraria: cūz vacuū nō sit quid positiū. Neq; figura circularis contraria proprie angulari: qz figure nihil est contrarij, vt hēc in predicamentis cap. de qualitate. Immo nec ratiō et densitas proprie contrariant: cū nec sunt actiue nec cōstēt ex actuis: s̄z dicunt̄ contrarie, qz sunt forme q̄ nō possunt simul esse in eodē subiecto: aut qz vñū est priuatio alterius. Ratio igitur est hec. Quocunq; nec sūt ex alijs nec sunt ex alterutris: sed alia sūt ex illis, sunt prima principia: sed prima cōtraria sic se habent q̄ nec sūt ex alijs nec ex alterutris sed oia sūt ex illis: q̄ p̄ma p̄traria sunt p̄ma p̄ncipia. Et p̄ cōuerstonē p̄ma p̄ncipia sunt p̄traria. Haec est diffinitio primorum principiorū, tā subā q̄ accidētiū: cō. n. q̄ sunt p̄ma nō sūt ex alijs: et eadē ratione nec sūt exalterutris. i. alterius exaltero: qz sī. a. fieret ex. b. a. non esset primū nec si. b. fieret ex. a. b. esset primū. Preterq; q̄ si fierent ex se in uice, idē esset causa et effectus sui ipsius. Qd autē omnia alia sūnt ex illis habēt eo q̄ sunt principia prima. Minorē vero. s. q̄ prima cōtraria ita se habeat, probat quo ad duas priores partes, qz prima cōtraria, eo q̄ sunt prima, non sūt ex alijs, et oia sūt ex illis: et ex eo q̄ sunt p̄traria, non sūt ex alterutris. Neq; n. frig⁹ ver ti pōt in calorē, neq; in frig⁹ calor. Tertiā probat tex. sequēti. Sed notandum est q̄ in cōtraria alia sunt q̄ sūnt ex alijs, et dicunt̄ qualitates secūde. vt colores. s. albū et nigrū: et sapore. vt dulce et amarū: alie sunt qualitates prime. vt caliditas, frigiditas, humiditas, et siccitas, ex quāc cōmixture et tēperamēto resultat qualitates secūde. Et ideo iste quatuor: sunt simplē prima cōtraria, primaz p̄ncipia aliaꝝ qualitatū secūdarū. Arguit autē contra rationē hanc. Principia rei naturalis non sunt qualitates, sed partes substancialie: contrarietas vero solum cōuenit qualitatibus. vt nō exponebamus: qz substantie nihil est contrarij. vt in predicamento substancialie expositū est: ergo prima p̄ncipia nō sunt cōtraria. Et hinc sumif argūt alterū, q̄ parū facit authoritas antiquoꝝ ad probandum principia rei naturalis esse cōtraria: cū illis solū ponerēt accidētia cōtraria esse ex p̄ncipia. Respōdetur q̄ for ma, q̄uis sit substantia, cōtrariatur tamen forme que expellitur: non perseprimo, sed rōne qualitatū primarum quas sibivendicant: vt forma ignis forme aque. Et eadē rōne contrariās priuationi sui que prefuit in materia aque. Unū nō citat hic antiquos Arist. vt in integrū eōꝝ approbet opinionē: vt paulo post videbim⁹: sed vt eōꝝ confessionē in hoc tm accipiat, q̄ quoniam cū q̄ posuissent principia, oēs tñ ponebant illa esse cōtraria. Hac dēhevicti q̄ intelligebat prima principia nō debere fieri ex alijs rc. quas cōditiones videbāt cōperte accidentibus cōtrariis.

Sed oportet hoc & in ratione cōsiderare: Text⁹; qualiter contingat. Accipiendum igitur est xliij; primum: q̄ omnium quē sunt, nihil neq; facere natum est neq; pati contingens a cōtin genti. neq; fit quodlibet ex quodlibet: nisi quis accipiat secundum accidens, qualiter.

b iij



Primi

enim fiet album ex musicō: nisi accidens sit albo aut nigrō, musicū? Sed album quidem: fit ex non albo. & hoc nō ex omni: sed ex nigrō, aut medijs. Et musicū: ex non musicō, sed non ex omni: sed ex immusicō, aut si: aliquid ipsis est medium.

Cigit in tex. 43. pbatteriā p̄tē minoris suprāpositē. s. omnia fieri ex cōtrarijs. i. vñū quodq; fieri ex suo cōtrario, suppositis tribus fundamentis: nēpē q̄ non quodlibet agit in quodl̄z cōtingens. i. indeterminatum: nec quodl̄z patitur a quolz cōtingēti. i. indifferenter a quo cunq;: nec quodl̄z prouide fit ex quolz: sed solū contraria agit in suū contrarium: et patif a suo contrario: et quodl̄z fit ex suo determinato cōtrario. Subiūgit exēpla in accidentib⁹: q; sunt sensui notiora: per que sensiz descendit ad substātias. Albū. n. perse non fit nisi ex nigro aut ex medio colore colorato. Necq; fit ex musicō, aut ex quocūq; alio impertinente accidēt, nisi de p̄ accidens: q; accidit vt subiectū, cui inest nigredo, insitēt musica, aut dulcedo. **E**t vt vno verboliter expōmus: nō albū/aut: nō musicū/pōt accipiri propōsito dupl̄r, vt ex Alb. mag. trac. 3. c. 1. colliḡt: vno mō mere infinitātē pro omnī illo qd̄ non est albū, aut nō est musicū: alio mō priuatue pro illo qd̄ non est albū: sed est de perse termin⁹ a quo incipit generatio albi: quale est nigrū aut medio colore coloratuz, qd̄ nuncupat perse priuatio albi. **E**t iō ait q̄ albū fit de perse ex non albo: non tñ ex omni: q; non fit de perse ex musicō aut ex dulci, sed ex suo contrario puta ex nigro aut medio colore colorato. **E**t musicū fit ex non musicō: non tñ ex omni: q; non fit de perse ex albo (impertinens. n. est esse albū illū qui fit musicus) sed de perse fit ex non musicō. i. ex homine ignōāte musicā, apto vt discat illā. **E**t pariter in substantijs equus fit ex nō equo, nō quocūq;: sed est embrione ybi est prima priuatio forme equi. de quolatius. q. 5. vbi habes rationē esse, q; fieri est nouū esse acquirire, et per p̄n̄s quicquid fit, fit ex suinegatione in subiecto apto. **A**qui notanda est pbatio hec Arist. Intendit. n. a posteriori & a signo, qd̄ experientia cōpertū est, probare q̄ nihil agit nisi in suū contrariū, nec patif nisi a suo cōtrario, nec fit nisi a suo cōtrario. Experi mur. n. q̄ simile non agit in simile: ignis. n. nō calefacit ignē: nec calidū vt quatuor calefacit calidū vt. 4. Experimur itē q̄ de perse ignis non calefacit qd̄ cunq; indifferēt: non. n. calefaceret celū nec de p̄se calefacit dulce aut albū aut musicū: q; impertinens est passo, vt calefiat ab igne, habere talia accidētia: sed de perse, vt ignis calefaciat aliquid requirifillud esse frigidū. Signū ergo est q̄ ratio de perse actionis est cōtrarietas inter agens et patiēs nullū. n. agens agit nisi expellēdo suū cōtrariū. Quā sit vt ratio quare de per accidēs ex musicō fit calidū, nō est (vt quidā dicunt) q̄ musica non est in eodez subiecto in quo est albedo, s; est in intellectu: nā tunc saltē ex dulci de perse fieret albū qd̄ est falsum: sed ratio est q; calor non cōtrariatur musicē. Hac ingeniōsa rōne explicat que principia sunt cōtraria, et quo mō sunt cōtraria. **F**orma. n. nō cōtrariatur materie, s; proprie priuationi, ex qua fit tanq; ex termino a quo: que quidē priuatio expellit ab eodē subiecto, ad mō dū cōtrarijs formaz. Cōtrariatur. n. forma ignis priuationi eius que erat in materia aque: vt amplius. q. 5. que de hac re mouemus explicabitur. **A**qd̄ si quis hic arguat esse contradictionē: cum superius dixerit Arist. contraria nō fieri ex alterutris, hic vero dicat cōtrariū fieri ex suo contrario. Respōdetur mō q̄ supra loquebat de cōtrarijs in abstrato. Albedo. n. non fit ex nigredine: hic vñ loquitur in p̄creto subiectū. n. albū fit nigrū. Sed exactius. et forte melius respondeatur. q. 5.

Physicorū.

Neç / igitur corrumpitū in contingens Text⁹ primum. vt album: non in musicū, nisi forte secundū accidens: sed in non album, et non in contingens: sed in nigrū, aut medium. Similiter autem et musicū: in non musicū, et hoc, non in contingens: sed in musicū, aut si ipsis aliquid medium est.

Con textu. 44. subdit similia exēpla secundi fundamēti: videlicet, q̄ nec quodl̄z corrūpitū in quodl̄z contingens. i. indeterminatū: q; albū non corrūpitū in musicū (pōt. n. qui desinit esse albus, manere musicus) s; in nigrū aut in medio colore coloratū: pōt tñ de per accidens corrūpi in musicū, si simul efficiatur et niger et musicus. At vero de perse nihil corrumpitū, nisi in sui propriam priuationem.

Similiter autem his & in alijs. **Q**uonia& Text⁹ & non simplicia eorum que sunt sed compo- xlvi, sita: secundū eandem se habent rationem,

sed propterea q̄ opposite dispositiones non denominated sunt: latet, hoc contingens. necesse est enim: omne consonans ex in consonanti fieri, & inconsonans ex consonanti. & corrumpi: consonans in inconsonantiam, & hanc non contingentem, sed in oppositum. **D**iffert autem nihil: in consonātia dicere, aut ordine, aut compositione. manifestum enim est: q̄ eadem sit ratio. **A**t vero & dominus, & statua, & quodlibet aliud, fit similiter. dominus enim fit: ex eo q̄ non compōsita sed diuisa sunt hēc sic. & statua & figuratum aliquid: ex in figurato. & vñ quodq; horum: secundū alia quidem ordo, secundū alia vero compositio quedam est.

Con his duobus textibus. 45. et. 46. quos non opus erat dividere, subiūgit q̄ hoc. s. non quodlibet fieri ex quolibet nō solū in accidentib⁹ simplicib⁹ verū habet, sed etiā in rebus cōpositis. Nisi q̄ in illis non est nomē impositū, significans contrariā qualitatē aut priuatio nē illā ex qua res fit. Lōpositū. n. fit p̄ quādā consonatiā et coherentia partii ex in consonantia et in ordinatiōne precedenti. vt exercitus fit ex in consonantia. i. ex in ordinatis et separatis hominibus: que in ordinatiōne non habet nomē impositū: sicuti nigrū et rubē sūt nomina contraria respectu albi. **E**t enim dominus nō fit ex dominib⁹: sed ex in consonantia lapidū et lignorum. **E**t pariter statua. Itaq; dominus de per accidēns fit ex lapidibus albis aut nigris, sed fit ex inconsonantia illorū. Necq; fit ex quacūq; in consonātia: q; nō fit ex in consonātia musicē. **E**t pariter statua nō fit perse explico albo vel nigrō. Nec de perse fit statua Mercurij ex statua Martis: sed ex priuatiōe statue Mercurij. i. ex ligō carēte forma Mercurij. **E**t pariter hō non fit ex homine tanq; extō a quo: sed ex nō hoīe. i. ex priuatione hominis in subiecto apto.

Si ergo hoc verū est: omne quod fit fiat: Text⁹ & corrumpatur quod corrumpitū, aut ex cōtrarijs aut in contraria & horum media: media autem: ex cōtrarijs sunt. vt colores:

Ex albo & nigro. Quare omnia utique erunt quod natura fiunt: aut contraria aut ex contrariis. **C**on tex. 47. infert conclusionem intentam vñz, qd non quodlibet sit ex quolibet, sed ex sua propria priuatione, tandem ex se a quo. Ut albū ex non albo. i.e. ex priuatione albi in subiecto apto nato: et calidū ex priuatione calidi in subiecto apto nato. Non n. fiunt ex pura negatione, alias fierēt ex nihilo, sed de potentia materie, vt. q. 7. explicatur. Sed qd dixerat contrariū fieri ex contrario, ne quis contra arguat, eo qd albū non solum sit ex nigro, sed ex medijs coloribus coloratis, explicat qd medij colores quodā mō contrariantur extremis: nā participant rationē vtriusqz extremitatis: etiō rubedo quatenus participat rationē nigredinis, contrariaf albedini: etin quantum participat rationē albedinis, contrariatur nigredini. Huncenīqz concludit Arist. qd oīa que natura in uicem se generant et corrūpunt, aut sunt contraria aut constant ex contrariis. Enūciavit cōclusionē disjunctive: qd non vult determinare mō an substantie proprie sint contrarie: satis. n. hēt qd aut forme substātales sunt prie contrarie, aut saltē id habeant ratione contrariarum qualitatū, quas sibi vendicant.

Text⁹. **H**uc vñqz igitur fere sequuti sūt & aliorū plurimi: quemadmodum diximus prius. Omnes em elementa, & ab ipsis vocata principia: quāuis sine ratione ponentes, tamen contraria dicunt, tandem ab ipsa veritate coacti. Differūt autem ab inuicem: ex eo qd alij quidem priora, alij posteriora accipiant. & qd hī quidem, notiora secundum rationem: illi autem, secundum sensum. Hī enim, calidum et frigidum: illi autem, humidum & siccum. Alij autem: impar & par. Quidam autem: litem & amicitiam causas ponunt generationis. Hec autem: ab inuicem differūt secundum distinctum modum.

Con tex. 48. repetēdo prīceps opiniones ostēdit Arist. quomō de contrarietate principiū consentiebāt, & quo mō dissentiebāt. At ergo qd huc vñqz plurimi antiquorū veritatē allucinatisunt, qd plurimi contraria principia possuerunt. Plurimi inquit, ad subnotandū Pythagorā qui, vt paulo superius dicebamus, re vera nō posnebat principia contraria: si quidē omnia simul actu eo existere dicebat in eodem subiecto. Neqz aliquid proinde subiectū ponebat mutari a contraria in contraria formā. At vero eos non rōne: sed veritate coactos fuisse milia sententiā. Non n. cognoverunt quomō agēs educat formā de potentia materie, atqz adeo ex priuatione que contraria ipsi forme: etiō non sunt moti ex vera rōne contrarietatis principiū. Sed quēa dmodūlapis (vt ait. S. tho.) suscipere natura sine cognitione ferit ad suū propriū finē, ita intellectus sepe suscipere natura virtus est veritatē confitit. De quibus ait Arist. i. meta. cap. 4. qd quēadmodū in exercitatiet indocti preliandi plaga eggregias qñqz infligunt, ita isti forte et absqz ratione aliquas attigerunt veritates. Subdit deinde eoz dñiam: nā quidē corū ponebant principia priora: alij vero posteriora. Parmenides nāqz ponebat calidū et frigidū: Thales vero et alij, qui ponebāt traritatem & densitatem esse principia rerū, virtualē ponebant illa esse humidū et siccū: nā humiditas causa est rarefactionis: siccitas vero, cōdensatiōis: vt patet in luto et cera. Calidū vero et frigidū, eo qd sunt qualitates actives, prior-

res natura sunt, qd humidū et siccū, que sunt qualitates passiuē: nā agēs prius est passo. Ursus alij ponebant contraria secundū rōne: alij vero secundū sensum. Et enīm iste mō nominate qualitates, obiecta sunt sensus tactus. Pythagorici vero ponebāt principia esse par et impar: que sunt nota secundū rationē: qd par et impar, cū sint passiones mathematicae, abstractū a materia sensibili. Et pariter illa contrarietas Empedoclis, inter litē et amicitiā nō est sensibilis: s3 abstractū a sensu. Pythagoras qd inter egyptios nutritus fuit, qui mathematicas scientias presertim collebant, oīs rerum naturas studuit per numerorū proprietates explicare. Unde sicut unitas est principium numeri, ita par et impar cēsebat esse rerū principia. Hoc mō. Numer⁹ impar, qd est diuisioni ineptus, eo qd non est diuisibilis in duo equalia, appellabāt a Pythagora idētitas et finitas: quasi sit res incorruptibilis: numerus vero par, qd est diuisibilis in semp diuisibilia, vt octo qui est diuisibilis per euales numeros vñqz ad unitatē, appellabātur infinitas et diuersitas: qd per diuisionē continui procedit numerus in infinitū. Ursus qd materia de se dicit rem indeterminatā & in definitā: forma vero terminat materiā cōstituendo certā spēm, numerū parē appella bat materiā et feminā, numerū vero imp. rē nūcupat formā atqz masculū. Et ideo dicebat oīa cōstare ex pari et impari, tandem ex materia et forma Tertio huius ter. 25. de hoc amplius.

Tquare: est eadem dicere quodam modo **T**ext⁹. & altera ab inuicem. altera quidem: quemadmodum & videtur plurimi. eadem in autē: secundum analogiam. accipiunt enim: ex eadem coordinatione. hæc enim continent, alia autem continentur: contraria. Sic igitur: similiter dicunt & aliter, & peius & melius. Et hī quidem notiora secundum rationem, sicut dictū est prius: illi autem, secundum sensum. vñuersale enim, secundum rationem notum est: singulare autem, secundū sensum. ratio enim. vñuersalis est: sensus autem, particularis. vt magnum & paruum, secundum rationem: rarum autem & densum, secundum sensum. **Q**uod igitur contraria oportet esse principia: manifestum est.

Con tex. 49. et postremo huius capitū colligit Arist. qd hac prefata rōne antiqui quodā mō dicebant eadē, et quodā mō altera. s3 diuersa. Altera quidē et diuersa, qd diuersi, vt dictū est, diuersae pronunciabant cōtrarietates. Idē vero sentiebant oīs secundū analogiā. i. proportionabilē: qd vñusqz ponebat contraria ex eadē coordinatione. Qd est dñe. Parmenides qui ponebat calidū vñū principiū, non ponebat alterū principiū es se humidū, albū ve, s3 frigidū: qd dicit qualitatē actiū contrariā calorū: humiditas vero, cū sit passiva, nō est eiusdē coordinationis, et ideo nec est contraria calorū. Ursus Pythagoras qui ponebat vñū principiū esse impar, nō ponebat aliud principiū esse discordia, aut esse calidū, qd significat qualitatē alterius coordinationis, sed par, qd est contrariū eiusdē coordinationis. Itēqz appellateandē coordinationē duo cōtraria diuidentes aliquid genus, vt calidū et frigidū/humidū et sic cū/par/impar/ve. Atqui qd ista contraria sint diuersarū coordinationū, probat dupl. Primo qd aliqua sunt cōtinētia & aliqua cōtentia: nā actiua virtualiter cōtinēt

passua, et superiora continent inferiora: ut calidū et frigidū continent humidū et siccū: quod actua hēnt se ut forme, passua vero ut materia: forma vero continent materia, eo quod informat et dat illi esse. Itē illa que sunt communiora continent alia que sunt magis particularia. ut par et impar/que est passio quantitatis, uniuersalior est contrarietas, quod calidū et frigidū: cōpetit enim omnibus quantis, tā substantijs, quod accidentibus, siue sint qualitates prime, siue colores siue sapores rē. Sic igitur (inquit) similiter dicitur, et aliter. i. aliquo modo cordat, et aliquo modo discordant. [Et peius et melius] i. aliqui melius loquuntur: et aliqui peius. Alij exponunt i. omnes ex duobus contrariis dicunt unū esse melius et aliud peius. Sed forte prima expositio melior est. Secundo probat illa contraria non esse omniaciusdē coordinationis: quia alia sunt notiora secundum rationē, alia vero secundū sensum. Hā par et impar/concordia et discordia/ quod abstrahunt a sensu, sunt notiora secundū rationē et simpliciter: calidū vero et frigidū, humidū et siccū sunt notiora secundū sensum. Rō. n., inquit, idest, intellectus, vīs. s. obiecti est, sensus vero, particularis obiecti. Hec authoritas vulgarissima est ad probandum quod intellectus directe non cognoscit nisi via: sicut sensus non cognoscit nisi singularia: tametsi intellectus per reflexionē possit cognoscere singulare. i. per spēm uniuersalem determinatā aphantasmate, vt. q. 2. dicebamus. Non itē ex plū vt/magnū et parū/ secundū intellectū: rarū vero et densum cognoscit secundū sensum. Enimvero magnum et parū/ accipit ipsū respectū: dī. n. formica magna respectu parue: et elephas paruus respectu magni: relatio vero non sensu, sed solo intellectu cognoscitur. Sed rarū et densum/ sunt qualitates tactu perceptibiles, sicuti humidū et siccū, que sunt cause illarū. Illudit hic forte ad opinionē Platoni, cuius supra meminerat tex. 32. tenentis magnū et parū esse principia materialia rerū. Quamquidē illic sumus opinionē interpretati. Sequitur continuo caput sextū.

CQVO NUMERVS PRINCIPIORVM IN QVIRITVR.

CAP. VI.

Tex. I.



ONSEQ VENS autē erit dicere, vtrum duo, aut trīa, aut pluram sint. unū enim, impossibile est: quoniam non unum, contraria.

Infinita autem non: quoniam neque scribile, quod est, erit. Et vna contrarietas, in omni genere uno. substantia autem, unum quoddam genus est. Et quia contingit ex finitis: melius autem ex finitis quemadmodum Empedocles, quod ex infinitis: omnia namque assignare opinatur: quemadmodū Anaxagoras ex infinitis. Amplius: sunt alia alijs priora, contraria. & sunt altera ex alijs ut dulce & amarum, album & nigrum: principia autem, semper oportet manere. Quod igitur neque vnum neque infinita sunt: manifestum est ex his.

Hoc deniq; preiacto fundamento, et principia rerum naturalium sunt contraria, hinc venat Arist. corū numerū. Et in hoc. 6. capite, quod octo textus hēt, procedit sūlī disputatiue inquirendo, et in sequenti determinat re-

ritatē. Primum igitur omnium in hoc. i. textu qui est numero quinquagesimus, excludit, et tñ esse unū principiū, et esse infinita: tanq; duo extrema manifeste falsa. Proponit ergo ex veritate iam modū asserta inquirendum est utrum duo auctria an plura. Si in aliquo finito numero sint principia. Hā vnicū (inquit) essent pōt: quia principia debet esse contraria, et nihil sibi ipsum contrariū est. Nec rursus possibile est esse infinita. Qd̄ qua tuorū rōnibus confirmat. Prima: quod alias principia nō. i. Rātio essent cognoscibilia, et per pōns de cōpositis nō esset possibilis scientia. Hā infinitū a finita potentia (qualis est humana) cognosci nequit. vt tex. 35. aduersus Anaxagorā cōclusum est. Secundā rō est. In uno quoq; ge 2. Rātio nere vna est prima contrarietas, ad quā oēs contraries tates eiusdē gēnū reducuntur: sed substātia est vnu genū: ergo vna est prima contrarietas in gēne substantie: et prima contrarietas in unoq; gēne pertinet ad principia illiū gēnū ut probatū est: quod vna est contrarietas principiorū in gēne substantie: vnu autē contrarietas duosunt tñ extrema: & principia substantiae nō sunt infinita. Sed dubiū Prima est hic quod in gēne substantie sunt multe contrarietas, vt. trātia, corporeū et incorporeū/rōnale et irrationale/et in gēne qualitatis/par et impar/magnū et parū/ in gēne qualitatibus/calidū et frigidū/ albū et nigrum/ et multe aliae: & falsa est maior huius rōnis Arist. Locū istū variū exponunt interpres Arist. quod nō est intellectu facili. Qd̄ tñ mihi video intelligere, est, quod in uno quoq; gēne est vna contrarietas vīs et generica sub qua oēs aliae continetur. Et hec se hēt per modū habitus et priuationis: dividit enim substantia per corporeū et incorporeū: et rursus corpus, per sensibile et insensibile: deinde sensibile per rōnale et irrationale. vt in arbores Porphyriana visum est. Et oēs spēs alias se habēt virtuiter hoc modū: nā forma vnu contrarietas virtualiter priuationē alterius. Unde sequitū oēs reducuntur ad hanc que est/habitus et priuationē. Et hīc ingeniose designat Arist. contrarietatem principiorū naturalium. Lū. n. ex aqua fit ignis, forma ignis educit de potētia materie: vibrat priuationis forme. In quo eliditur opinio Anaxagorae, quoniam nihil putabat educi de potētia materie: sed vnuversa actū latere in subiecto. Quā dī causa ponebat in finita latere in quolz: et per pōns rōdetur ad rationē sue opinionis. Rātio. n. quare nō opus est ponere infinita est: quod forma genitiū ērat in actu in materia, sed tñ in potentia. Parum modū in predicationē accidentiū oēs contrarietas reducuntur ad habitū et priuationē: que est suprema contrarietatum. Hā inter oēs spēs, siue substātia, siue accidentiū, vna excedit aliā, sicut numerū, numerū. Quo circa illa que est inferior est sicut priuationis superioris, ut frigus virtualiter est priuationis caloris: nō gredo priuationis albedinis. Et ita in reliquis. Tertia 3. Rātio rō est. Frustra fit per plura quod pō fieri p pauciora: sed per finita principia possunt fieri oēs gēnū: & superflue ponuntur infinita. Unde melius (inquit) posuit Empedocles finita principia, quod Anaxagoras infinita. Haec est verissima ppter ea quod natura (que ordinatissima est) nihil agit sine necessitate, alias ageret frustra: et id cū principia ordinentur ad cōpositū, non multiplicet plura principia quod sunt necessaria ad generationē rei. Volutiars, que natura est imitatrix, non ut pluribus instrumentis aut medijs quod sunt ad finē necessaria. Medicus. n. nō operaret ex arte, si plura adhiberet remedia quod sunt ad sanitatē necessaria. Minorē vero pbat quod Empedocles principiū finitus designat omnes generationes, melius quod Anaxagoras infinitis. Quarta 4. Rātio et postrema rō est. Prima principia sunt certae et determinata: & nō sunt infinita: quod infinitū idē est quod indeterminatū. Probū vīs. Ex contrariis principiis alias sunt priora alijs posteriora, que sunt ex prioribus, et ex alterutris. vt qualitates secundū putat/ albū et nigrū/dulce &

amarum/sunt ex actione et temporamento primorum qualitatibus: et rursus ex albedine et nigredine com mixtis sunt colores medii: et ex albedine et dulcedine cū mixtis, sunt medii sapore: sed principia debent manere formae in cōposito: & ista cōtraria secunda, cū non maneat formaliter in qualitatibus mediis, nō proprie habet rationē primorum principiorum: et per quā non omnia principia cōtraria sunt prima principia: sed illa certa et determinata ex quibus alia producuntur: atque adeo nō sunt infinita prima principia. **C**onsiqueras quomodo hic dicit cōtraria principia fieri ex alterutris, cū superius in diffinitione contrario id negaverit: facilis est prima fronte responso, ut iam semel dictū est, & supra loquebatur de cōtrariis in abstracto, & manifestū est quod albedo non sit ex nigredine: hic vero loquitur de subiecto quod successivus est sub diuersis cōtrariis qualitatibus. Sed perfecto expositio hec nō plene vīt satisfacere textū: nā hic vult ponere dīam inter qualitates secundas et primas, & in hoc nulla est dīa: quā pariter ex calido fit frigidū, et excedens. Itē quod hic loquitur de principiis, & principia formalia in genere qualitatis sunt accidentia ipsa in abstracto. **C**ontra ergo dicēdū est forte, hāc, si esse dīas inter primas et secundas qualitates, & prime sunt causa secundarum, taliter ut formaliter maneat in subiecto eorum. n. albedo ex tempore quanto qualitatū manentū formaliter in mixto: sed tū quā ex mixtione cōtrariaz qualitatū secundarum sit qualitas media, nō manent formaliter illa extreme. In rubore. n. nec est formaliter albedo, nec formaliter nigredo: neque in sapore medio est formaliter amaritudo aut formaliter dulcedo. Undelicet ista cōtraria fiant quodām ex alterutris. i. colores medijs, qui extremis cōtrarianē extremporū nō hilominim illi extremini nō hēnt rationē principiorum: quod nō maneat formaliter in subiecto, medio colore colorato: sed quanto prime qualitates, eo quod formaliter maneat in mixto, dicuntur prima principia secundarii qualitatū. Quā rationē nō solū probat quod prima principia sunt determinata et nō infinita, verū acute illudit ad principia substantia: materia. n. et forma, eo sunt principia cōpositi, quod maneat illic formaliter. Est nāq̄ artificiū Arist. p accidētia que sunt sensui peravia, occulta principia substantiae patefacere.

Text. l. **C**ononiām autem finita: non facere duotantum, habet quandam rationem. Dubitabit enim aliquis, qualiter dēsitas raritatem facere apta natura sit, aut hāc densitatem. Similiter autem: & alia quācunq̄ contrarie tas, non enim concordia, discordiam cōgregat, & facit aliquid ex ipsa: neque discordia, ex illa, sed vtrāq̄, alterum quiddam tertium. **Q**uidam autē & plura recipiunt: ex quibus concinnant eorum quās sunt, naturam.

Text. 51. supposito quod principia nec sunt tantū vnu, nec cursus infinita: incipit probare quod sunt tū tria. **I**cēcirco probat primo quod nō sunt tū duo, tribus rōmibus: et postea ostēdit nō esse plura, qd̄ tria. **P**rima ratio est hec. Si tū duo sunt principia, illa sunt contraria, vt probatū est: sed ex duobus principiis contrariaz nihil fieri potest: ergo non sunt tū duo. **P**robatū minor: quod illa tunc vel generat vnu tertium p̄ hoc quod vnu trāsimutat aliud, vel per hoc quod operantur circa id subiectū, vnde vnu expellit aliud: primus modus nō est possibilis: & secundus est verus: vnde sequitur tria esse principia. i. duo contraria et vnu substantia. **S**inōcē probat Arist. quod nō est intelligibile quā vnu contrariū transmutet aliud. i. qualiter dēsitas natura sit facere raritatem: aut raritas densitatem: aut quā-

liter discordia faciat concordiam: sed vtrāq̄ operabis circa vnu tertium. **N**ō. n. calor potest facere frigus, aut potest ex frigore facere calorē: sed ignis ex aqua frigida faciet calidam, expellēdo frigus et introducēdo calorē: et pariter forma ignis nō faciet formā aquae nec ex formā aquae faciet formā ignis: sed pulsa forma aquae a subiecto, et inducta forma ignis, faciet ex aqua ignē. **L**olligatur ergo quod in generatione nō sunt tū duo principia, sed est subiectū manens sub vtrāq̄ forma. **E**nde cōcludit quod hac de causa quidā plura recipiunt et quibz cōcinnat et conficiunt naturā rerū. Alludit ad Thales et alios antiquos, qui nō ponebāt solū raritatem et densitatem, sed vnum tertium subiectū. puta aquā vel aliquid aliud, ex quo per successionē raritatis et densitatis fierent omnia.

Cad hāc autem, ad huc & hoc aliquis dubitauerit: nisi quis aliam supposuerit contrariis naturam. Nullius enim videntem eorum quā sunt, substantie: contraria. Principium autem, non de subiecto oportet dici aliquo. erit enim: principium/principijs. subiectum enim, principium, & prius videntur esse, predicato. **C**ontra amplius: non esse dicimus substantiam contrariam substantie. **Q**uomodo igitur ex non substantijs substantia vtrāq̄ erit? aut quomodo prius, non substantia quod substantia erit? **C**ontra circa quis & priorem veram putabit esse rationem, & hanc: necessarium est, si debet saluare vtrāq̄ rationes, subiecte quoddam tertium. quemadmodū dicunt, vnam quandam naturam dicentes esse. vniuersum: vt aquam, aut ignem, aut medium horum.

Consequitur in his duobus textibus secunda et tercia ratio: que adeo sunt truncate et pressae, vt apud neminem eas interpretū plane quiuem intelligere. Narrabo prius literā vt iacet: moxq̄ eam sub formā redigā. **T**unc ergo: quod nisi tertium principium preter duo contraria adhuc beat, dubitabit aliquis hoc modo. Nullius substantie, corūque sunt aliquid est contrariuz. i. substantie nihil est contrarium: sed cōtrarietas proprie est in qualitatibus. **P**rinципium autē nō de subiecto oportet dici aliquo. i. principium non potest esse accidentes, quod subiecto in est, als principiū esset prīus principiū: nam subiectū prius est predicato. i. substantia prior est accidente, et principiū ei⁹ (supplē). **Q**uomodo ergo principia substantiae erūt contra tria, quod superiorū cap. determinatiū est? **C**ontra amplius (est. n. ratio secunda que fere est eadem) substantia nō cōtrariās substantia: at vero ex nō substantijs. i. ex accidentibz quomodo substantia erit: id est nullummodo aut quomodo non substantia. i. accidentes erit prius quod substantia: quod tū esset necessariū si accidentes esset principiū substantiae. **Q**uasi dicat, nullus modo. Si ergo substantie nihil est proprie contrarium: et accidentes nō potest esse principiū, quomodo versus hēt, quod principia substantiae debet esse cōtraria? **C**ontra in text. 52. solutionē dicēs. **Q**uo circa quis et priorē vera putavit rationē illā. s. qua probatū est principia esse contraria, et hanc itē, qua probatū oppositū. i. principia nō esse contraria, necessariū est subiecte tertium esse aliquid principiū. **Q**uomodo autē hoc sequatū apparere nō potest, nisi alia cōclusio supplēat. Disponat ergo totus syllogismus sub hac forma. **P**rinicipia rex naturalium sunt aliquā in cōtraria, vt superiorū cap. dictū est: et nō sunt propriæ et

Tex. liiij.

Textus
liiij.

per se contraria, qz talia principia nō possunt esse accidentia in quibus p̄prae est contrarietas, sed sunt partes substātis quibus nūl p̄prae est contrarium: q̄ necesse est vt sint contraria eo mō quo habitus et priuatio dicuntur contraria et ita est in rei veritate priuatio autē et habitus sunt circa aliq̄d determinatū subīn, sicut visus et cecitas circa oculū: q̄ preter principia contraria, que sunt forma et priuatio, necesse est ponere tertium principium putata subīn vtriusq; q̄ est materia. Usū ingeniose Arist. cū hactenus probabilitate disputauerit de principiis, inde iam nūc excludit veritatem. Unde nō citat antiquos vt in integrū eos approbet (ponebat n. principia rerū naturaliū esse accidentia) sed in hoc tantū eos laudat q̄ posuerunt vñū subīn contrarietatis, puta aquā aut aliud huiusmodi. Quapropter in textu statim. 54.

Textus **lviij.** **C**videtur autē: in medium magis, ignis enim, & terra, & aer, & aqua: contrarietatis con nixa sunt. Ideo non irrationabiliter faciunt: subiectum, alterum ex his, faciētes. aliorum autem: quidam, aerē. aer enim: minime aliorum, habet differentias sensibiles, cōsequēs autem est: aqua.

CMagis cōmendat eorū sententiā, qui ponebant illis subīn esse quodā mediū inter elemēta. s. inter ignē & aērem, aut inter aērem & aquā, q̄ opinionē alioꝝ qui ponebant aliq̄d purū elemētū esse subīn. Enūmero subīn contrariorū debet esse nudū ab vtrōq; contrario, vt ambo vicissim possit recipere: ignis vero et aqua suapte natura habēt qualitates contrarias et pariter aer et terra. Est n. ignis calidus et siccus, aqua vero frigida et humida: sed aer est calidus et humidus, et terra frigida & secca: vnde nullū eoz est subīn aptū vt maneat sub vtro q̄ extremo contrarietatis: qz aqua conseruat frigore et corrūpit calore: ignis vero ecōuerso. Quare melius ponetur vñū subīn mediū. Quēadmodū materia est vñū mediū qd̄ pōt esse et sub quacūq; forma, et sub contraria priuatione illius. Inter eos tñi, qui posuerunt purū elementū esse subīn, melius dixerūt qui posuerūt aerē, q̄ illi qui posuerunt aquā: nā principiū hēt rōne insensibilis, et aer est inter elemēta magis insensibilis. Unde insinuat, q̄ dixerūt esse ignē, pēsum oīuz opinati sunt: hac saltim de causa, q̄ ignis hēt contrarietate maxime sensibile ad omnia alia: licet propter eius subtilitatem et activitatem, melius forsitan senserunt.

Tex. lv **C**Sed omnes: vñum hoc contrarijs figurāt, vt densitate & raritate, & eo q̄ magis & minus. haec autem: omnino sunt super abundātia videlicet & defectus, sicut dictū est prī. Et videtur antiqua esse etiam hæc opinio: q̄ vñum, & superabundātia, & defectus, principia entūm sunt. verum nō eodemodo, sed antiqui, duo quidem, agere: vñum autem, pati. Posteriorum autem quidam, econtrario: vñum quidem agere, duo autem pati, dicunt magis.

CIn tex. 55. repetit antiquos opiniones, vñz, q̄ oēs salte posuerunt vñū subīn et duo contraria: in hoc oēs concordes q̄ principia rex se haberēt per modū defectus et excessus. Nā dicebant densitatē et raritatē esse rex p̄ncipia: et raritas dicit excessum et magnitudinē quantitatis, defectū vero materie: dēsitas vero ecōuerso dicit excessum materie et defectū quantitatis. Lū. n. aqua ra-

refit, eandē materiā cōtinetsub maiori quātitate: et cū condēsaf, eandē cōtinet sub minori. **C**Subdit autē q̄ hec opinio antiqua fuit: differens tñi a posteriori opinione. Antiquā vocat opinione Thaletis et alioꝝ: posteriorem vero, opinionē Platoniſ. Inter quos vt tex. 32. dictū est, hoc mō differebat, q̄ antiqui ponebāt vñū principiū materiale et duo contraria quodāmō actiua. Platonicī vero ecōuerso dicebāt magnū et parū esse cōditiones materiales, vt patet in individuis eiusdem spēi, que differunt magno et paruo solum ex parte materie. Principiū autē actuū esse vñā primā causam: et formale, idēa cuiusq; spēi.

CTra īgitur discere elementa esse: & ex his, **Textus** et ex huīsimodi alijs, considerantibus vide **lvj.** bitur vtq; habere quādam rationem, sicut prediximus. plura autē tribus: nō amplius. ad patiendum enim: sufficiens est vñum. Si autem, quatuor existentibus, due erunt contrarietates: oportebit seorsum ab vtraq; esse alteram quandam naturā medianam. Si autem ex se inuicē possint generare: ociosa vtrīq; altera contrarietatum erit. **C**Simil autē et impossibile est, plures esse contrarietates primas. Substantia enim: vñum quoddam genus est entis. quare eo q̄ prius et posteriū differēt solum ab inuicem principiā: sed nō genere. semper, n. in vno genere: contrarietas vna est. omnes autem contrarietates: reduci videntur ad vñā. **C**Quod īgitur neq; vñū **Textus** elementum, neq; plura duob⁹ vel trib⁹: lviij. manifestum est. Horum autem, vtrūm: quēadmodū diximus, dubitationē hēt multā.

CPrima cōclusione probabilitate disputata, vñz, principia esse plura q̄ duo, probat scđaz: nēpe q̄ nō sunt plura q̄ tria. Id autē probat duab⁹ rōnibus. Resumit vero prius cōclusionē superiorē s. ex dictis patet tria ad minus esse principia rex naturaliū (que est prima expōns illi⁹ exclusiue, tñi sunt tria.) Qd̄ vero nō sunt plura q̄ tria (que est scđa exponēs) probat primo rōne. Si essent plura q̄ tria, necesse esset ut essent due contrarietas et duo par contrariop; nā pro vna contrarietate sufficit vñū subīn. Si autē essent duo par contrariorum, ad minus deberēt esse sex principia: qm̄ pōt vtralibet contrarietate oportet et ponere sūm subīn. Sed non est necesse ponere duas contrarietates: qz vna sufficit circa vñū subīn, et frusta fit per plura qd̄ pōt fieri per pauciora: q̄ nō opus est ponere plura q̄ tria. Qd̄ autē duo contraria cū suo subiecto sufficiāt, amplius. q. 6. manifestum feci mus. **C**Sed rō, qua prima euīdēti⁹ elucidat, est hec. Prima principia sunt prima contraria: sed prima contraria in uno gñē nō possunt esse nisi duo: q̄ in gñē substantie (qd̄ est vñū gen⁹) tñi est vñū par contrariop; cum suo subiecto. Probū minor. Contrarietates eiusdem generis nō differūt gñē, sed solū tanq; prius et posterius: sed ea que differūt tanq; prius & posteriū in eodē gñē oīa reducunt ad vñū primū: ergo. Hāc rōne expositā supra feci mus. tex. 50. oēs. n. contrarietates substātiae et cuīuscunq; alteri⁹ reducunt ad hāc primā, que est habitus et dispositio. **C**Attamē dubiū nūl illo⁹ restat, q̄ q̄uis in gñē substantie sit vna prima contrarietas, et per q̄sis duoprima principia contraria, nondū probatū est, esse simpliciter.

Licetio primā contrarietatē, ad quā reducuntur oēs, tā substancialiū q̄ accidentiū. Qd tñ p̄bare oportisset: nā p̄ma principia rerū naturaliū debent in uniuersum esse principia rerū oīuz generabilii, tā substātia q̄ accidentiū. **C**respōdeſ, vt ait Lōmentator, q̄ cū substātia sit prīmū predicationū ad qd alia reducuntur, q̄ accidentia nō sunt nisi substātie entia, manifestū est q̄ prima p̄trārietas substātie est simp̄l̄ prima ad quā oēs alie reducuntur. Quo demū fit vt oia principia substātie sint oīum accidentiū principia: vt. n. agēs generās substātia simul congenerat oia accidentia: ita principia intrinsecā substātiae sunt principia a quib⁹ oia accidentia p̄dēnt, a quibusq̄ oia esse recipiūt. **U**nū in tex. 57. infert Aristo. conclusionē intentā, q̄ vñz p̄ncipia nec sunt tñ vñū, nec plura duobus vel trib⁹. Infert sub diſūctiōe, eo q̄ huc vñz solū disputatiue p̄cesserit, et in sequēti cap. sit exatam veritatē ostensurus. Accirco subiungit vñz au- tem eorū sit veru⁹ duo ne sūt, vñz, antria dubitatio habet multum. i. etiam nūn crestat speculandū. **C**Se- quitur statim caput septimum.

Q VOD PRINCIPIA, RĒ DVO, RATIONE VERO SINT TRIA. CAP. VII.

SI igitur nos dicamus prīmū: de omni generatione aggredientes. Est enim secundum naturam, communitia prīmū dicentes: sic,

circa vñūquodq̄ propria speculari.

Cpostq̄ superiori capite ex probabilitib⁹ disputauit tria esse tñ p̄ncipia, in hoc septimo, qd in tñ redēcim tex-
tus secat, definit ex p̄prijs veritatē. Diuidit tñ capitulū in duo. In septē nāq̄ priorib⁹ textib⁹ ostēdit in omni trāmutatione tria inueniri: duo vñz cōtraria, et vñū subī: et in sex posteriorib⁹ exponit cōclusionē intētā
principiū in hoc librō, vñz p̄ncipia esse re duo, rōne ve-
ro tria. Sed in hoc tñ p̄mo fragmento superioris tex-
tus proponit modū p̄cedēndi, dicēs, q̄ primū in ḡnē, dicē
dū est de omni factiōe, siue sit ḡnatio, qua sit noua sub-
stantia, siue sit alteratio, qua aliqd sit alterī, puta al-
bū aut musicū rē. Nā p̄mis (inquit) ordine nature dicē
da sunt coia, puta illa que quenūt omni generi mot⁹:
deinde descendendū est ad ea que sunt ḡnationi p̄pria. **E**st. n. ingenuū Aristo. (qd nunq̄ tibi mēte dīcidat) per al-
terationē accidentalē, et p̄sertim p̄ artificialia, que sūt
sc̄si manifesta, occultā ḡnōnis naturā, ppalare. Usq̄
ad tex. 69. ybi materia primā ḡnationis substantię do-
cet per analogiā ad materiā artificialiū esse cognoscen-
dā. Caput hoc totū aureū est: quippe quod, et verā phi-
losophiā, et p̄physiū loquendi modū aperit.

Textus viii. **C**Dicimus enim fieri ex alio aliud, & ex al-
tero alterius: aut simplicia dicentes, aut cō-
posita. dico autem hoc: sic, est enim: fieri ho-
minem musicum est autem & non musicum
quippiam, fieri musicum: aut non musicum
hominem, hominem musicum. Simplex iḡi-
tur dico quod factum est: hominem, & non
musicum, & quod fit simplex, musicum. com-
positum autem, & quod fit, & quod factum
est: cum nō musicum hominem, dicimus fie-
ri musicum hominem. **C**Horum autē: hoc
quidem nō solum dicitur hoc aliquid fieri,

sed etiam ex hoc, vt ex non musicō, musicus
hoc autē: non dicitur in omnibus, nō enim
ex hominē factus est musicus, sed homo fa-
ctus est musicus.

CProponit ergo primo in hoc tex. 58. q̄ tā aliud fieri
ex alio, qd est substātia fieri ex substātia, vt aquā ex ae-
re, q̄ alterū fieri ex altero (qd est tale fieri ex nō tali, vt
albū ex nigro) vñz cōtingit duobus modis. s. et in sim-
plicibus et in cōpositis. Simplex fieri ex simplici, est qñ
vñz extēmū est simplex. s. id qd fit et id ex quo fit. Ut
si dicas, hō fit musicus, aut ex non musicō fit musicum.
Cōpositū autē fit ex cōposito, qñ vñz extēmū conti-
net simili subī et formā aut priuationē. Ut si dicas, nō
musicus hō fit musicus homo, aut ex hoīe non musicō
fit hō musicus. Et hoc est qd ait. Simplex i gr̄ dico qd
factū est. i. tñm simplicē a quo, vt hō in p̄mīa locu-
tione, et nō musicū in scđa: itē tñm simplicē ad quē,
vt musicū in vñz. Similiter cōpositū dī vñz. s. et
qd fit, puta tñm cōpositus ad quē, vt hō musicus in
tertia locutione: et qd factū est. i. tñm cōpositus a quo,
vt non musicus hō. **C**Subiungit dīam quantū ad mo-
dū loquēdi, q̄ in simplicib⁹ qñ tñm aquo exprimif per
tñm infinitū, aut priuatū, possumus illū explicare
et per casum nominatiū et p̄ casum ablatiū. Dicimus
n. et nō musicū fit musicū et ex non musicō fit musicū/
Qñ vero talis tñm aquo exprimif p̄ subī forme, enun-
ciamus illū per nominatiū, nō aut p̄ ablatiū. Nō. n.
dicimus/ex hoīe fit musicū/sed homo fit musicus.

Ceorū autē que vt simplicia dicimus fies- Textus
ri, aliud quidem permanens fit: aliud vero: līx.
non permanens, homo enim: permanet fac-
tus musicus homo, non musicum autem &
imusicum: neq̄ simplex neq̄ cōpositum
permanet.

CSecundā differentiā ponit quantū ad rem, inter ter-
minos a quibus, tā in simplicib⁹, q̄ incōpositis, q̄ quā
do subī ponit p̄ tñm aquo, illud quidem manet sub tñm
ad quē: cū. n. dicim⁹ hō fit musicus hō quidem manet fa-
ctus musicus. Sed qñ p̄ tñm aquo ponit cōtrariū ter-
mini ad quē, vt cū dicimus non musicū fit musicū aut /
ex imusicō fit musicū: imusicū nō manet factū musi-
cū. Et parit in cōpositis, cū dicim⁹ ex non musicō hoīe
fit music⁹ hō/hō quidem manet, s. nō musicū/nō manet.

CDeterior inatis autem his, ex omnib⁹ que Textus
fiunt, hoc licet accipere si aliquis inspicerit līx.
sicut dicimus: q̄ oportet semper aliquid su-
bīci quidem fit. & hoc, & si numero est vñm:
at specie quidem non vñm. specie enim di-
co & ratione: idem, non enim idem est homi-
ni & imusicō, esse. **C**Et si illud quidem, per-
manet, hoc vero, non permanet. Etenim non
oppositū permanet, homo enim: permanet,
musicū autē & imusicū: nō permanet: neq̄
ex ambobus cōpositū, vt imusicus homo.

CSubsequēt in hoc tex. sexagesimo supponit duo:
que quisq̄ inquit ex dictis colligere pot. Prīmū sup-
positū est, q̄ in omnib⁹ que sūt, siue fiat simp̄l̄ substā-
tia, siue scđm quid, vt albū supponit vñū subī, qd suc-
cessive est sub vñz extēmū cōtrarietatis. Alterū sup-
positū est q̄ illud subī, tñ reali sit vñm numero, est tñ
duo specie. Et exponit se, q̄ duos p̄ intelligit ea que sūt

la ratione sunt duo, vt cū hō sit musicus, t̄um ad quē, puta musicū, p̄cessit hō qui est subm̄, et immusicū que est priuatio subsequētis forme et t̄us aquo. Homo ergo et immusicū/vnū sunt: sed rōne differit: alia nāq̄ est ratio hois. s. aīal rōnale et alia rōimmusicī: que est priuatio musicī in subiecto apto. ¶ Probat aut̄ primo secundū suppositū. s. q̄ differant rōne, duabus rōnibus. Prima est hec. Illa differit rōne, quoū vñ manet altero nō manēt: sed qñ hō immusicus fit musicus, p̄ma net hō, et nō permanet immusicū: ergo homo et immusicum/differit rōne. Sed a ratio est in textu sequenti.

Textus ¶ Sed ex aliquo fieri aliquid, & non hoc fieri: magis quidem dicitur in non permanentib⁹. vt ex immusicō: musicum fieri. ex homine autem: non. At vero: & in permanentib⁹, aliquando dicit̄ similiter. ex ere enim, statim dicimus fieri: nō es, statuam. Hoc tamen: ex opposito & non permanente: vt roq̄ modo dicit̄. & ex hoc, hoc: et hoc, hoc. nāq̄ ex immusicō, & immusicus: fit music⁹. Quo circa: & in cōposito similiter. etenim ex immusicō homine, & immusicus homo, fieri dicitur musicus.

¶ Probat secundū subm̄ et priuationē rōne differre hoc syllogismo. Illa de quib⁹ diuersimode in ḡnōne loquendū est, rōne differunt (nā cū voces sint signa conceptū, signū est q̄ hēnt diuer sōcōcept⁹) sed alī in ḡnōne loquuntur de subiecto, et aliter de priuatione: g. Probr̄ minor: qz priuatio exprimis per casum ablatiū: subm̄ vero, nō itē: dicimus. n. ex immusicō fit musicū: nō tñ dicimus: ex hoc fit musicū: sed hō fit musicus. Addit vero q̄ nōnunq̄ in artificialib⁹ id dicimus, vt ex ere fit statua, melius dicimus, q̄ es fit statua. Hoc tñ nō est vt nomine eris designem⁹ subm̄, s̄ priuationē forme statue: ac si dicerem⁹ ex ere informi fit statua. Attamē in non permanentib⁹. s. in priuatione, vt roq̄ mō loquunt, vñ ex immusicō fit musicū / et immusicū fit musicū. Quapropter et in cōpositis vñraq̄ est admittit̄ oratio ratione priuationis adiuncte. s. ex non musicō homine fit musicus hō: et nōmusicus homo fit musicus homo.

Textus ¶ Multipliciter autem cum dicatur fieri, & horum quidem nō simpliciter fieri, sed hoc aliquid fieri, simpliciter autem fieri substan-

Q Vīc tiarum solum sit: M A N I festum est q̄ secū dum alia quidem necesse est subiſci aliquid quod fit. etenim quantum, & quale, & ad alterum, & quando, & vñfiunt subiecto aliquo, propterea q̄ sola substantia de nullo ailio dicitur subiecto, sed alia omnia de substantia. Quod autē substantia, & quecumq̄ alia simpliciter entia ex subiecto quodam fiant, consideranti fieri vñiq̄ manifestum. semper enim est aliquid, quod subiſcitur: ex quo fit, quod fit. vt plante, & animalia: ex semine.

¶ Reuertitur Arist. in hoc ter. 62. ad probandū primū suppositū, vñ in omni factione supponi vñ subiectū. Hoc autē rōne pbare nō pertinet ad physicū sed. 7. meta. ter. 22. id pbat ea rōne quā nos qōne. 6. adducim⁹: hic autē sola id inductiō manifestat. Autē q̄ cū fie-

ri mūltiplr dicat id soluz simpl̄r d̄ fieri qd̄ fit hoc aliqd̄. i. prima substātia in recta linea vt hō ignis rē. Letera vero nō fit simpl̄r: sed scdm̄ quid, cū. n. aqua calefit nisi fit simpl̄r: s̄ fit calidū. Hinc iam notare incipe q̄ id qd̄ fit simpl̄r nō est forma nec substātialis nec accidētalis: sed cōpositū qd̄ in subsequētibus p̄lā fiet. Qd̄ aut̄ in factione s̄m̄ quid, puta accidētale presupponat subiectū, probat: nā sola substātia est que nō est in subiecto reliqua vero oīa predicamenta dicunt̄ de substātia et iō cū aliquid fit maius per augmentationē, aut albi per alterationē, aut simile p̄ relationē aut mutat̄ tēpus aut locū aut sitū aut habitū p̄supponit̄ subiectū, puta substantia que has patit̄ mutationes. Qd̄ autē substātia, aut quecumq̄ alia artificialia cū fit presupponat subiectū manifestū est: qz plāte et alalia ex semine fuit. Hō intellegas semē: s̄z materiā seminis fieri materiā animalis.

¶ Fūnt autem, que fūnt simpliciter: alia qui Textu dem transfiguratione, vt statua, ex ere. Alia vero, appositione: vt que augmentātur. alia vero, subtractione: vt ex lapide, Mercuri⁹. Compositione autem alia: vt domus. Alia vero alteratione: vt que vertuntur secūdūm materiam. omnia autem que sic fūnt: manifestū est q̄ ex subiectis fūnt.

¶ Prosequitur Arist. inductionē in artificialib⁹: que appellat simpl̄r entia, nō q̄ simpl̄r fiant vt substātia s̄z quidē eoz forme accidētia sunt); sed qz forme artificialiū sunt quedā dispōnes que nō veniūt ab extrinseco, sicut calor et alie qualitates: sed aliter sint quodāmō dispositions circa eoz substantiā et iō s̄m̄ antiquos dicebant simpl̄rentia, lignū. n. sic figuratū est Mercuri⁹ et aliter formatū est Jupiter. Redigit autē artificialia ad quinq̄ ḡnā alia. n. fūnt trāfiguratione substantiae vt fusula vt cū es fusum fit aut cāpana, aut statua, aut cū virgula aurea fit annulus. Alia vero fūnt appositione, vt cū planta, aut aīal augēt̄ per appositionē noui alimenti. Tametsi hoc exemplū ad naturalia pertineat. Fortassis Arist. allusit ad conglutinationē pluriū metalorū que latine d̄ ferruminatio: vel sicut appositione a que ad farinā fit masa per artē. Unde nō legendū est, augmentationē sed agmentanf. i. agglutinanf. Alia fūnt subtractione vt arte sculoria ex lapide, aut ligno subtractione partis fit imago. Alia fūnt simplici cōpositione sine aliqua alteratione vt domus fit ex lapidibus et lignis. Aliqua deniq̄ fūnt per alterationē vt ex masa per decoctionē fit panis et ex luto lateres et vrcē. Hec oīa inquit manifestū est ex presuppositis subiectis fieri,

¶ Quare manifestū est ex dictis, q̄ omne quod fit, semper compositū est. & est quidem aliquid quod fit: est autem aliquid, qd̄ hoc fit. & hoc: duplex est. aut enim subiectū, aut oppositū. Dico autem oppositū esse, immusicum: esse autem subiectū, hominē. & infigurationem quidem, & in formitatem vel in ordinationem, oppositū: es autem, vel lapidem, vel aurum, subiectū.

¶ Concludit deīn in hoc ter. 64. ex his que dicta sunt manifestū esse q̄ id qd̄ fit semp̄ est cōpositū: non. n. vt iā modo dicebam⁹ fit forma substātialis aut accidētalis: sed fit hō aut fit hō albus in quo quidē cōposito est aliquid qd̄ fit tanq̄ t̄us quo, ipsi⁹ factonis que est forma et aliquid qd̄. Et hoc est duplex. s. et subm̄ et oppositū forme cū. n. fit musicū, d̄c possumus q̄ hō fit musicus

Textus
lxv.Textus
xiii.Textus
lxv.Textus
xiii.

Bateria

et quod immusicum sit musicum. Et proportionabilis in alijs factio-
nis/ infiguratus sit figuratus/ et/ informe sit forma-
tus/ et/ in ordinatis lapides sunt domus.

Constituta est illa tria: pergit Arist. prius exponere sententiam de principiis rebus naturalibus: et in hoc textu probat esse duo tanta tria principia: pse, et in sequenti vnu pterea esse per accidens. Primum probat hoc syllogismo. Ea ex quibus pse cōpositū sit et factū est sunt eius pse principia: et duo tanta ut pote mā et forma sunt ex quibus pse compositū sit et factū est: ḡ hec duo tanta sunt pse principia. Major relinquit tanq̄ manifesta ex significacione huius nominis pse principiū. Minorē vero probat hoc modo. Nam in que primo resolutur cōpositū, sunt pariter ex quibus pse cōponitur (nā vnu qd̄b̄ resolutū in ea ex quibus cōponitū): et hoc musicus (qui sit per alterationē) resolutū quodammodo in hominē et musicū: qui enim diffinitur hōies musicū, deberet dicere quod est aīal rōnale musicē peritū: et eadē ratio-
In textu. 59. rem amplius exemplo dilucidat. Infert enim corollarium quod brutis animalibus et pueris aeternum rationis, ut non contingit felicitas, itaque neque fortuna: eo quod libertate carent et dominio suorum actuuum. Sit tamen, quod metaphorice bruta possunt esse felicia ei fortunata: ut equus regis dicitur fortunatus: et equus mulieris infortunatus. Immo et lapides ut ait Protagoras ex quibus arte construuntur sunt fortunati respectu eorum qui sunt in pavimento illis coniuncti: quippe cum arte honorantur: pavimentum autem concilcatur. Ac si dicas fortunatum esse lignum ex quo signum sit Christi: cenantis: infortunatum esse illud, ex quo fit Iudas.

Unde subiungit, res istas insensibiles, licet non par-

ticipent actum aliquid de fortuna, participent tamen passione tangit obiecta quibus hoies fortunantur: ut sunt diuitiae.

Sed casus: & alijs animalibus, & inanimata Textus torum multis. ut equus casu (dicitur) venit: ix. quoniam saluatus quidem est veniens, non salutis autem genita venit. Et tripoda casu cecidit, sicut est in sedendi causa: sed non in sedendi causa cecidit.

In tex. 60. explicat quomodo casus latius pateat quod fortuna. Convenit namque et aialibus brutis et rebus inanisatis.

Secundi

Pby.

Exempligratia. Si equus a bello ad flumē fugit naturali appetitu extinguedi sitim, qui si non fugisset occisus esset: casu seruatus est. Itē si tripoda (que sedes est triū pedū, qua antiqui vtebantur) ceciderit apta ad sedēndū s. super pedibus erecta, tunc casus quidē fuit. propter finē. s. ex naturali appetitu grauis: q̄ tamen illo modo ad sedēndū apta ceciderit, fuit casus.

Textus **C**Quare manifestum est, q̄ in ijs que simpliciter propter aliquid fiunt, cum non eius quod euenit gratia fiunt, cuius extra est causa: tunc a casu dicimus. A fortuna autem: horum quecumq; a casu fiunt, eligibilium in habentibus propositum.

Ex dictis infert in textu. si. corollarī nēpe q̄ cum causis et fortuna conueniant in hoc q̄ vt rūq; accidit his que sunt propter finē. s. tanq; effectus, non quidē intentus, sed accidens fini perse intento: differūt tamē q̄ causē in his que mouenf propter finē ex necessitate nature: fortuna vero est in his que vt rūq; intellectu: nēpe que ex propria operatione et electione se mouēt in finē.

Textus **C**Signum autem est ipsum frustra, quoniam dicitur: cum nō fiat quod propter aliud est, illius gratia. vt ambulare purgationis gratia est. si vera non facta fuit ambulans: frustra dicimus ambulasse, & q̄ ambulatio frustra fuit. tanq; hoc sit frustra, quod natū est alterius gratia, cum non perficiat illud cuius gratia erat natūq; erat. quoniam si aliquis se lotum dicat frustra, quia non defecit sol: ridiculū vt rūq; erit. nō. n. erat hoc: illius ḡa.

Adducit statim rationē huius proximi asserti, vñz, q̄ casus differat a fortuna in hoc q̄ vniuersaliter inueniatur in omnibus que sunt propter finē. Et s̄ notandus textus qui obscuritatis habet aliquantū. Ratio in virtute est hec. Esse frustra inueniūt vlt̄ in omnibus que agunt propter finē et casus, vñ idē est qd̄ frustra, aut ilū proximum: ergo casus vlt̄ reperiſ in omnibus que sunt propter finē. Minore probat in hoc tex. hac ratione. Illud d̄ fieri frustra quod fit aut natū est fieri propt̄ tale finē, qualē actio illa intendit et non cōsequitur, vt cū quis ambulat causa purgādi ventrē, si non fiat purgatio, de ambulatio illa est frustra et ociosa et vana: ergo frustra dicit carentia finis intenti: et per consequens vniuersaliter inueniri pōt̄ in omnibus que agunt propter finē, que tñ deficere possent: nā in celestib⁹ motibus nullus est casus, cū deficere nō possint. Dixit quod fit aut natū est fieri r̄c. q̄ non omnis actio nata est fieri propter omnē finē: nā actio humana non pōt̄ ordinari ad eclipsandum solē. Et ideo ait q̄ cum quis balneo lauatur, et nō statim fit solis eclipsis, ridiculus esset, si diceret se frustra fuisse lotū, quia sol non obtenebratur.

Textus **C**Sic igitur casus iuxta nomen est: cū ipsum frustra fit. decidit enim, nō percutiendi gratia: lapis. a casu igitur decidit lapis: qm̄ cecidisse potuit vt rūq; a quodā, & percutiēdi ḡa.

AMinore vero probat in tex. 63. s. casum vel idē esse qd̄ frustra, vel illi primū. Primo ex ethimologia nominis. Ubi notandū est q̄ grece autos/latine est ipsū/et/maſtin/idē est qd̄/frustra/automatos/ex vt rūq; positiū, idē significat qd̄/casus/obidq; automatos. i. casus, perinde est ac si dicas ipsum frustra. Unū casus et frustra aut

sunt idē aut similima. Sed notat hic Lōmen. q̄ frusta d̄ vnomō actio, in qua nullus pretendit finis, vt frictio barbe indeliberata: et aliomō illa actio qua pretendit quidē aliquis finis, sed nō attingit: et hec grece d̄/maſtin, vñ deriuat̄ automatos: qd̄ est casus. **C**Sed id p̄bat ex p̄plo. Ubi colligēda est ex his que dicta sunt diffrentia inter frusta et casus. Frusta nāq; solā dicit casuentia finis intēti, vel a voluntate, vel a natura: casus vero dicit quicquid est preter intentionē agētis, siue sit casuentia, siue aliquid positivū. Quocirca stat in eadē actione reperiſ vtrūq;. s. et frusta et casus. vt si aliq; descedat in forū causa recuperādi pecunia a debitorē: quē tñ nō inuenit: sed forte incidēs in man⁹ hostis vapulat: illa actio fuit et frusta, q̄ nō p̄sequita est finē: et p̄tē reahabuit casu alē effectū. Potuit item nec frusta esse nec casuale: nēpe si ille recuperaret pecunia, et non obuiaret hosti. P̄derat tertio ēē frusta et nō casuale: vt si nec recuperaret pecunia, nec obuiaret hosti: potuitq; ecōuerso nō ēē frusta, sed esse nihil⁹ casuale. vt si ille recuperata pecunia vapularet ab hoste, cui non putarā fieri obuiu. **C**Ait ergo. P̄b. q̄ si forte cadēs lapis percutiat hoie, cū nō fuerit ab alio projectus, sed cecidit nālē, percusio illa est casuale: et q̄ illa percusio fuerit a casu, p̄bat q̄ potuit ēē intēta tanq; finis: potuit nāq; aliquis hostis lapide p̄sicerē ad percutiendū hostē. Ubi animaduertēdū est id qd̄ superi⁹ adnotauim⁹ sup textū. si. nēpe q̄ idcirco effectus fortuitus et casuale esse nō pōt̄, nisi in his que sunt propter finē, q̄ fortuitū duo dicit, puta q̄ actu nō intendatur vt finis, sed tamē aptitudine possit esse finis intētu ab agēte. Et iō dicit preter intentionē: quia potest fieri per intentionē.

CMaxime autem est separatum quod a fortuna est: in ijs que natura fuit. Nam cum fit aliquid preter naturam: tum non a fortuna, sed magis a casu factū esse dicimus. Est autē & hoc: alterum. huius enim, extra est causa: illi⁹ vero, intra. **Q**uid igit̄ sit casus, & quid fortuna: dictū est, & quo a se inuicē differat.

CIn tex. 64. infert ex dictis q̄ d̄ria casus et fortune maxime perspicua est in his que a natura fiunt. In his n. que fuit ex electione idē est casus et fortuna: s̄ in his que fuit a natura. s. a principio intrinseco, qn̄ natura nō cōsequitur effectū intenti. vt in monstris, puta vbi hō nascitur cū sex digitis in manu, illud quidē nō d̄ fortuna, sed casus. vt. q. s. amplius explicamus. Unde potest alia differentia constitui inter casum et fortunā. Id. n. quod est a fortuna fieri nō potest, nisi a principio extrinseco. vt patet in inuentione thesauri: casus vero pōt̄ fieri a principio intrinseco, vt monstrū contingit ex mala dispositione materie que est pars ipsius monstri. **C**lōcludit ergo dices satis dictū esse quid nā sit cas⁹, quidq; fortuna: et quo a se inuicē differant: que fuerat scđa. q. proposita in principio quinti capituli.

CAt de modis causarū, in quib⁹ est vnde principiū motus: vtrūq; ipsorū est. aut. n. eo rūq; fūt natura, aut ab intellectu: causa semp̄ est. sed horū multitudine indeterminata est.

CIn textu ergo. 65. determinat questionē tertīā: puta ad qd̄ genus perse causereducant. s. ad finalē ne, an ad materialē r̄c. nā omnis causa per accidens debet adiūgi cause perse: ad quā promde reducitur. Et ponit conclusionē q̄ reducitur ad genus cause efficiētis. Quā p̄bat ex eo q̄ fortuna et casus vt dictū est sunt in his que agūt propter finē, vel ex necessitate nature vel a propoſito: moueri utē a fine est propriū cause efficientis.

Text
lxv.

Text
lxvi.

Text
lxv.

Text
lxix.

Laus
noi.

Textus **C**uoniam autem casus atq; fortuna, causa sunt eorum quorum aut intellectus causa fit, aut natura, cum secundum accidentis causa aliqua sit horum ipsorum, nihil autem secundum accidentes est prius ijs que perse sunt: manifestum est, q; neq; causa per accidentes prior est, ea que est perse. Posterior itaq; casus est, atq; fortuna: & intellectu & natura. **C**uare si q; maxime celi causa est, casu: necesse est prius intellectum, & naturam esse, & alioru multorum, & huius uniuersi causam.

Contra textu. 66. reuertitur ad unpugnationem secunde opinionis supra posite, que tenebat casum et fortunam esse causam motuum celestium. Et ratiocinatio est hec. Causa per accidentem non potest esse prior causis perse: nam id quod est per accidentem nascit preter intentionem ex causa perse: sed fortuna et casus sunt causa per accidens, & celi per motus suos sunt cause perse horum omnium inferiorum: ergo fortuna et casus non sunt priores illis: & per se nec sunt causae illoꝝ. **C**uod demum tex. 67. et postremo huius capituli concludit: nepe q; si casus et fortuna ponantur cause celorum, necesse est ponere aliam primam causam que agat per intellectum: ad quam casus et fortuna reducantur. **S**equitur hic questio. vbi tria precedingenta capita pressius examinantur.

VOD PHYSICA PER OMNESCAVASAS DEMONSTRAT. CAP. VII.

Textus **V**OD autem sint cause, & q; tot numero quot dicimus: manifestum est, tot enim numero ipsum propter quid comprehendit. aut enim ad ipsum quid est reducitur ipsum propter quid ultimum in immobibus ut in mathematicis. ad distinctionem. n. recti, aut commensurabilis, aut aliis cuiuspiam: reducitur ultimum. **C**aut ad moues primi. vt propter quid certauerunt: qm furati sunt, aut cuius gratia: vt dominentur. aut in ijs que sunt: ad materiam. **Q** & sigitur cause hec, & tot sint: manifestum est.

Chec est tertia earum pars principalis, in qua librum hoc secundum partiti sumus: in qua postea philosophus in duabus primis capitulis explicit quid esset natura et in quatuor sequentibus quot essent causarum genera, tamen perse q; per accidentes, ostendit modo per tria cap. quemadmodum scientia hec naturalis demonstraret per omnia genera causarum. Atqui in hoc septimo cap. quod septem continet textus, proponit intentam conclusionem: premititur aliqua necessaria ad eius manifestationem. Sed in duabus prioribus textibus qui sunt 68. et. 69. repetens conclusionem que ex superioribus colligitur, ait, tot esse scientias numero quot dicte sunt. s. quatuor et non plures. Quam conclusionem confirmat haec rone. Tot sunt cause numero quo respoderetur cu interrogatur pro quid est, aut sit hoc: sed ad humori interrogationem non responderet, nisi aliquis istoꝝ genere causas: ergo tamen sunt quatuor cause. Probat minore exemplis in mathematicis & in ciuitibꝫ bellis. Ad quoru evidenter animaduertendum est illud qd. q. 3. adnotauimus, yl3, q; causa rei aut pot considerari solu-

quatum ad esse: et ad hoc sufficit causa formalis, que dat esse rei: qualis est diffinitio quiditativa. Aut considerat quantum ad fieri: et tunc requiri mā de cunctis potentia educatur forma, & in qua recipiat: et efficiēs qd producat: et finis a quo efficiēs moueat. Et ex hoc sumit sufficiētia huius numeri causarum. **S**ed est scđ notandum q; cū mathematice tractet de figuris quātitatis, ut abstracta hant a mā et motu, nō considerant causas rei quantū ad fieri: et iō solū demonstrant per causā formalē: vt si queratur a mathematico pp quid angulus lapidis quadrati est rectus, non respondebit, quia ita factus est propter talē finem: sed quia est angulus quem constitutis linea recta perpendiculariter cadet superlineā rectā: que est diffinitio anguli recti. **N**it q; pp quid ultimum in immobilibus, ut in mathematicis. i. ultima ex causa reducitur ad diffinitionē angulirecti, aut linea recte. Dicunt mathematice immobiles: qz abstrahunt a mā et motu. Aut ēt reducūt ad diffinitionē cōmensurabilis. vt si queratur quare diameter nō est cōmensurabilis coste, respōdebis: qz nulla est pars aliqua utriusq; que est diffinitionē cōmensurabilis linea ex. **E**xemplū efficiētis est in tex. 69. propter quid certauerunt: qm furati sunt. **A**lludit ad bellū Thebanorum aduersus foces: cuius pma cā efficiēs fuit q; foces inuaserat tēplū Thebanorum, illis q; spoliaverat. **E**xemplū cause finalis est in alio bello q; rex persip̄ intulit grecis, illi finis gratia, vt eis dominaret. **P**reterit exemplū materie: qd ēē hoc pot. Propter quid ferrum dēsus est q; lana, qz plus hēt materie. **P**ropter quid albedo accidentes est corporale, intellectio vero spirituale, quia albedo est accidentis propriū corporis: intellectio vero anime.

Cum autē cause quatuor sint, de omnibus est Physici cognoscere. & ad omnes reducēs ipsum propter quid: assignabit physice materiam, speciem, ipsum mouens, & id cuius gratia. Veniunt autē tres in una plerūq;. Ipsum enim quid est, & id cuius gratia: una est. Ipsu vero unde motus primū: specie, eadē est his, homo enim: hominē generat. atq; omnino quecunq; mota mouent. quecunq; autem non: nō amplius Physice sunt. nō enim: in seipsis habentia motum, aut principiū motus, mouent: sed immobilia sunt.

Contra tex. 70. ponit conclusionē quā intēdit, yl3, q; physici est cognoscere oēs causas. Lui rō est q; physici est considerare res nāles, & q; ad ēē, et quo ad fieri. **C**Subiicit autē q; ex his quatuor causis tres p̄cidūt in eadē rē: cū n. ignis ex stupra gnatigē, illi⁹ gnatigē finis & forma sunt idē numero et efficiēs autē est idē spē utriusq; siue similitudine de forma que est altera pars cōpositi, siue de forma metaphysica que est quiditas rei. Finis n. ignis generatīs est producere formā sibi similiē in spē: unde forma geniti que priusq; esset, in rōne finis mouebat agēs (qd a prima causa dirigebat ad talē finē) eadē, cū inducēt, est causa formalis. **L**ui forma efficiētis est similis in spē et per se efficiēs ipsum et eius quiditas similitudines hēt cū genito. Loquīs n. Arist. de agēt p̄iculari et vni uoco. Et hoc est qd subdit: aīq; omnino quecunq; mota mouēt. i. quecunq; cause habētes in se principia sui motus. Quecunq; autē mouēt et non mouent (quales sunt intelligentes) iam non sunt physice considerationis: quia non habent in se principiū sui motus. s. quibus moueantur. Et ideo non dicuntur entia naturalia. vt. q. 1. huius adnotauimus. Et hic locus est notandus aduersus eos qui angelos appellant entia naturalia.

Textus
lxix.



Textus
lxviii.

Textus
lxix.

Textus
lxvii.



Secundi

Pby.

Textus **Ixxij.** **C**quam ob rem tria sunt negotia. hoc qui dem circa immobile. illud vero: circa mobi le quidem, sed in corruptibile, aliud autem: circa corruptibilia.

Contra tex. 71. infert unum corollariū, vñl3, tria esse nego cia. intentiones sc̄ientiarū. **U**lia enim sc̄ientia est que tra ctat de his que sunt simpliciter immobilia. vt metaphysica: que tractat d̄ intelligētū s̄c̄d̄ rem separatis a ma teria. **L**ui secūdo gradu adiūgūtur mathematica: que tractant de rebus quidē mobilibus, abstractis tñ per intellectū a materia et motu. **U**lia est sc̄ientia circa mobi le quidē localiter, sed tamen in alterabile et incorruptibile, vt sc̄ientia de celo: que tamē, pars quedā est physice. **S**ed alia sc̄ientia est que tractat simpliciter de corruptibili. vt in generali isti octo libri: in particulari ve ro libri de generatione et de methēorīs et de animalib⁹.

Textus **Ixxij.** **C**Quare ipsum propter quid & ad mate riam reducenti, redditur, & ad ipsum quid est, & p̄mū mouens. de generatione enim: maxime hoc modo causas considerant. quid post quid fiat, & qui p̄mū fecit, aut quid passum est: & sic semper quod deinceps est.

CReuertitur in tex. 72. ad probandā propositam con clusionē: nempe q̄ ad physicū pertinet suas conclusio nes in omnes causas reducere. s. et ad materiā: et ad ip sum quid est. i. ad diffinitionē: que est forma toti⁹: et ad p̄mū mouens: nā de fine statim sequitur sermo. Probat p̄clusionē duabus rationibus. **P**rima est hec. **P**hy sicus cōsiderat res nō solum inquantā sunt, sed quatenus fiunt et generant: sed in generatione hec tria sunt consideranda. s. [quid post quid fiat] quantū ad causam formale, i. que substantia proxime alteri succedit: nō enim quodlibet fit ex quolibet, vt supra dictum est: sed ex aqua per rarefactionē fit aer: et vicissim ex aere per condensationē fit aqua: et ex semine disposito ani mal: et qui p̄mū fecit. scilicet que fuit causa efficiens: aut quid passum est: id est que sit materia: ergo ad physicū pertinet oēs has causas reducere ad ipsum propter quid. **Q**uinimmo non hoc solū, sed habet etiā considerare ea que consequuntur rem genitam. vt tex tu statim. 74. fit manifestum.

Textus **Lxxij.** **D**uplicia autem sunt p̄incipia mouentia physice: quorum alterum non physicū est. non enim habet motus p̄incipium in se ipso. Tale autem est, si aliquid mouet quod non mouetur: vt id quod penitus est immobile, & quod omniū p̄mū est. Et ipsum quid est, & forma, finis enim est, & cuius gratia.

CRepetititerum in tex. 73. id quod supra insinuaes rat, videlicet, q̄ physicus inquantū physicus nō habet reducere causas vñq̄ ad primas simpliciter, que mouet & non mouetur (sicut sunt deus et intelligentie) quia cū ille non habeant in se p̄incipiū sui motus, non sunt en tia naturalia. **S**ed debet resolutionē facere vñq̄ ad pri ma p̄incipia particularia, que mota mouentur. s. cur hic nascatur homo, et hic nascitur equus: quia alter ge nitus est ex homine, et alter ex equo. **E**t pariter in fini bus, si queratur cur homo generat hominem, non tenet physicus risidere, vt ille hō genitus perueniat ad beatitudinē: sed vt generet sibi simile ad p̄seruationē sp̄ei.

Textus **Ixxvij.** **C**Quare cum natura propter aliquid sit: & hāc cognoscere oportet, & penitus reddēdū

est ipsum propter quid, vt q̄ ex hoc, necesse est hoc fieri: hoc autē ex hoc aut simpliciter, aut frequenter. & si debet hoc fieri: vt ex proposi tionibus conclusio. & quia hoc erat: quod quid erat else. & quia melius est sic, non simpliciter: sed ad vniuersitatem substantiam.

Contra tex. 74. et postremo subdit secūdā rationē eiusdem cōclusionis que est hec. **N**atura agit propter finē: ergo necesse est effectus naturales in oēs quatuor cau sas reducere. **E**t est notāda hec ratio: quia si natura nō ageret intendendo finē, tunc nec esset in naturalibus causa finalis, nec proinde causa efficiens perse. vt ques tione 3. notauimus aduersus Democritū: nā efficiens perse est que intendit finē. **S**ubdit omnium causarū exempla: que licet diuersimode a. **S**. Thoma et alijs ex ponantur, credo sic evidentius explicari. **S**i queratur a Philosopho naturali, cur iste hō duos hēat oculos, respondere potest ex causa efficiēti: quia genitus est ab alio homine qui habebat duos oculos. **A**it quia posset quis obūcere illam causam non esse sufficientē eo q̄ nō nunq̄ nascitur monstrū dissimile generanti, dicit q̄ sa tis est physico reddere causam vnde sequitur talis effec tus, aut semper: sicut in perpetuis: vt cur sole existente in leone tēpus sit nobis calidum, quia sol est nobis propinquio: aut cur luminaribus existentibus in tali bus punctis sol eclipsatur, quia tunc luna anteponitur soli. **A**ut frequenter. vt in exemplo positō, q̄ iste nasci tur duobus oculis: quia genitus est ab homine haben te duos oculos. **P**otest etiā reddere causam materia lē, s. quia ex semine humano factus est, & non ex semine oliae. **E**t ponit exemplū, sicut conclusio fit ex premisi nam ex duabus extremitatibus premissarum materia liter constat conclusio. **P**otest preterea reddere cau sam formale: puta diffinitionē quiditatiā hominis, quia iste est animal rationale cuius nature congruunt bini oculi. **E**t hoc est quod ait [quia hoc est quodquid erat esse]. **P**otest deniq̄ causam reddere finalē: nē pe vt duobus oculis melius dirigat motū et colores per cipiat. Addit autē q̄ cū reddid finis, non opus est red dere id quod simpliciter melius est: sed id quod huic na ture melius est: nā habere oculos non est simpliciter me lius: cū substantiis spiritualibus, puta deo et angelis, non sit melius: est tamen melius homini. **E**t in hoc dif fert physicus a mathematico: quia mathematicus con siderat quidē formam, solum inquantū formam, et nō inquantū finē: vt cur linee circuli a centro vñq̄ ad cir cunferentiā sunt equeales, respondebit: quia illa est diffinitionē circuli. Non tamen respondebit, quia melius est circulo vel p̄ ei⁹ habere tales lineas ad motū vel ad pul chritudinē: vel quia peritus artifex illum descripsit: vel quia extali materia constat. **I**llud secundū exemplū de conclusione et propositionibus Lōmentatoꝝ, quem sequitur. **S**. Tho. non intelligit de causa materiali: sed ait Aristotele illuc ostendere q̄ quando ex causa efficiēti sequitur effectus, non semper, sed frequenter, tunc ex causa ad effectū non est illatio necessaria: sed solū ex effectū ad causam. Sequitur enim q̄ si nascitur homo ille generatur ex homine, non tamen continuo si gene ratur ex homine nascitur homo perfectus: quia potest nasci monstrū. **E**t preterea comparatur ad cōclusio nem respectu p̄emītarū: in quibus necesse est q̄ si cōclusio est vera p̄emīsse sint vere, non tamen si p̄emīsse sint vere conclusio est vera, vt omne animal est risibile: ergo omnis homo est risibilis. **S**ed certe nō suspicor hanc fuisse intentionem Aristot. Primo quia satis est physico vt diximus reddere causam effectus et plurimum. **E**t preterea quia non assignatur ab Aristotele

Texti
lxxv.
Questi
nus sept
matis.

Text
lxxv

quatuor exempla quatuor causarum, nisi secundum intelligatur de causa materiali.

CQ VOD NATVRA AGAT PRO PTER FINEM. CAP. VIII.

Textus
lxxv.
Questio-
nus sexta
pars.

I C E N D V M igitur primum quidem, q̄ natura earum causarum est, que sunt propter aliquid, postea de necessario, quomodo se habet in physicis. Ad hanc enim causam reducunt omnes: quia cum calidum tale naturasit, & frigidum, & vñiquodq̄ talium: hec ex necessitate sunt, & sunt, & apta natura sunt. Etenim etiam si alia causam dicant: solum tangentes valere simunt. hic quidem, litem & amicitiam: ille vero, intellectum.

Chōposita in superiori cap. conclusione, q̄ physicus habet demonstrare per omnes causas: preactisq̄ fundamētis, q̄ finis et forma quandoq̄ concidunt in idē: et q̄ non opus est reductionem fieri ad primas causas que mouent non motē, vt sunt intelligentie in duobus cap. sequentibus manifestat duas conclusiones ex quibus principalis conclusio pendet. Prima ostenditur in hoc cap. s. nēpe q̄ natura agit propter finem: et secunda in cap. sequenti s. quomodo natura agit ex necessitate. Hec enim duo proposuerat in textu proximo tangentia fundamenta potissima: nā si natura vt illie modo dicebamus non ageret propter finē, et ex necessitate, non posset signari causa efficiēs perse: immo nec proprie forma que est perse effectus efficiētis. Habet autē hoc caput textus duodecim. In primo qui est numero. 75. proponit conclusionē s. natura est earum causarū que agit propter finē. In qua potissimum conclusione merito profecto Aristot. nomen suū inter antiquos celebravit: nā tametsi Plato prouidentiā dei vñiq̄ cognovit, Arist. tamē fuit qui precipuā hanc philosophie veritatē ostēdit aduersus priscos philosophos. s. quicquid in natura sit, fieri propter aliquē finē, qui est prima omnī causarū. Atq̄ adeo hoc est testimoniuū diuine prouidentie: nihil enim agere potest propter finem, nisi aut cognoscat finē, aut dirigatur ab alio cognoscere finē: sicut sagitta dirigitur a sagittante. Lū ergo in rerum natura multa sint agentia que non cognoscunt finē, testimoniuū est q̄ a deo diriguntur in suos fines. **S**ubdit autem Ph. antiquos hanc veritatem ignorasse: quippe qui omnia ad hanc solū causam reducebant que est ex necessitate. s. ratione materie. Materiā enim appellabant necessitatē. Liebant ergo ignē non esse calidū propter aliquā necessitatē aut finem humanū: nec in mēbris hominis alia esse frigidiora et alia calidiora, quia ita sunt necessaria ad vitā: sed quia talis est natura rei ex parte materie. vt. i. huius super tex. 41. in opinione Herocriti explicimus. **A**t quia posset quis obijcere q̄ Anaxagoras et Empedocles ponebant causas efficiētes, in quas possent rerū nature reduci: ille quidem intellectū et mentem, hic vero litem et amicitiam (vt in 1. visum est) respondet q̄ illas dicebant esse causas solū in prima mundi constitutione: non autē in generationib⁹ particularibus. Et hoc est quod ait solū tangentes, valere simunt. idest tangebant illas in prima rerū constitutione: sed in particularibus generationibus valere simūt. i. abire permittūt: abeūtibus. n. dicim⁹ valete.

Textus
lxxv.
Habet autem dubitationem: quid prohibeat naturam non propter aliquid, facere,

neq̄ quod melius est, sed sicut pluit Iuppiter, non vt frumentum augeat, sed ex necessitate. Quod enim sursum latum est, frige fieri oportet: & quod frigefactum est aquam factum, deorsum venire. augeri autem, cum hoc fiat: accedit frumentum. Similiter autem & si cuiquam perit frumentum in area: nō huius gratia pluit vt pereat, sed hoc accidit.

Quare quid prohibet: sic & partes se habere in natura: vt dētes ex necessitate oriri: anteriores quidem acutos, aptos ad diuidēdū, maxillares autem, latos & utiles ad terendum cibum: cum non propter hoc factisint: sed acciderit. Similiter autem est & de alijs partibus: in quibus videtur inesse ipsum propter aliquid. Vbi igit̄ oīa acciderint: perinde: atq̄ si propter aliquid facta forēt, ea quidem seruata sunt, a casū consistentia apte.

Que cūq̄ vero non sic: periēre, pereuntq̄. quēadmodum Empedocles dicit ea que prima hominem referunt, & taurum parte secunda. ratio igitur qua dubitauerit aliquis: hec est, & si qua talis alia est.

In textu. 76. proponit dubitationē ad examinandā veritatē, referens, antiquorū contrariā opinionē. Ubi notandū q̄ potissimum testimoniuū q̄ natura agat propter finē, est, quia semper agit id quod melius est et cōgruentia nature rei. vt oculos aptos ad videndū, peccates ad ambulandū. Et ideo hoc volebat antiqui destruere, dicentes, q̄ natura non intendit rerū utilitatem et perfectionē: sed q̄ utilitas et detrimentū quod prouenit ex actionibus naturalibus est per accidens preter nature intentionē. Et hoc est quod ait habet autē dubitationē idest dubium est quid prohibeat, naturam non agere propter finem. i. que sit ratio necessaria qua prohibemur dicere naturam non agere propter finem. Nam possent dicere antiqui q̄ si Juppiter. i. deus, vel aer (quē etiam appellant Jouē) pluit, hoc non est propter bonum arborū et segetum. vt. s. crescent et fructus ferant: sed ex necessitate (s. materie), quia vapor leuis radiante sole ascendit: et cū sursum est, vbi viget frig⁹, propterea q̄ illuc non attingūt radii solares qui reflecuntur a terra, vapor ex necessitate materie condensatur: condensatus autē ex gravitate cadit: q̄ autē frumenta crescant de per accidens contingit pluiae: quia Juppiter pluens non intendebat hoc. Et q̄ hanc utilitatem non intēderet Juppiter, probabant: quia cū pluia reperit frumentū in area est inde trūmētum eius: ergo vt pluiae non intendit detrimentū, ita nec intendit utilitatem. Quare quid prohibet? inde sumebant simile argumentū ita accidere in mēbris hominis: vt q̄ anteriores dentes essent acuti et maxillares obtusi, non factū esset, vt illi sint apti ad scindendū cibum: hī vero ad conterendū: sed quia ex necessitate materie illi erat acuti et isti obtusi, contingit preter intentionē illa utilitas. Et ita in reliquo paribus. s. q̄ plante pedū essent plane, q̄ epat esset calidū, q̄ stomachus esset talis figura, fuit ex necessitate materie: sed q̄ essent apta mēbra ad digestionē fuit per accidens preter intentionē. At quia opponebatur antiquis argumētū, q̄ hac dispositio

Secundi

tione et organizatione membrorum melius res conseruantur, qua dissoluta statim res corrupuntur, vt si in homine sit excessus calor aut frigus statim moritur: quia propter videtur q̄ hec membrorum coaptatio et temperantia membrorum sit propter conseruationē vite. Megabant consequentiā dientes, q̄ vbi omnia membra a casu sunt cōiuncta et coaptata, vt vni possit aliud iuuare, tunc casu prouenit vt res possit conseruari, vt patet in animali perfecto secundū suam speciem: vbi tamē forte inepte coierunt partes diuersarū specierū, et partes que non possunt se bene iuuare, vt in centauris: que sunt monstra parte prima s. superiorū homines, et parte secunda s. inferiorū tauri, illa (iebant) monstra brevis sunt durationis: quia partes inepte coniunguntur. Uel forte adducebat Empedocles monstra in exēplum partium animalium, videlicet, q̄ quando forte mēbrum est lesū aut humor putridus vt non possit conseruare vitā, sequitur a casu mors.

Textus ¶ Sed impossibile est ista hoc se habere modo. Hec enim, & omnia que natura sunt: aut semper sic fiunt, aut frequenter. sed eorum que fiunt a fortuna, & casu: nihil. Neq; enim a fortuna, neq; a casu videntur: plure sepe hyeme: sed si sub cane. neq; cauata sub cane: sed si hyeme. Si igitur aut a casu videntur aut propter aliquid esse: si nō possibile est esse hec aut a fortuna aut a casu, ppter aliquid utiq; erunt. At vero: natura sunt huiusmodi omnia, quemadmodum & ipsi dixerint: qui hec dicunt. Est itaq; ipsum propter aliquid: in ijs que natura fiunt & sunt.

1. Ratio. ¶ In textu. 77. incipit demonstrare conclusionē: ad quā primo adducit quinq; rationes: et deinde respondet ad uersariis. Prima est hec. Ea que fiunt, aut semp, aut frequenter, non fiunt a casu vel a fortuna: sed a propositorū fortuna et casus vt supra dictum est sunt de his quae raro contingunt: sed ea que sunt a natura, aut semper, aut frequenter eueniunt: ergo fiunt a proposito. Minorem probat exemplo, quia q̄ hyeme sit frequens pluvia, aut omnibus annis aut pluribus contingit ratissime tamea contingit oppositū: sicuti semper aut frequenter contingit q̄ sole intrante canicula (nēpe in mēse iulij sit cauma. i. feruentissimus calor). Contrariū autem effectus: quia raro fiunt. s. in hyeme non pluere, & in mēse iulij nō esse calore, hoc posset dici a casu sicuti monstrum.

Textus ¶ Amplius in quibuscumq; finis aliquis est: huius gratia agitur quod prius, quodq; consequens est. ergo vt agitur, sic aptum natura est. & vt aptum natura est, sic agitur vnu quodq; nisi quid impediat. agitur autem propter aliquid. Et aptum itaq; natura est: huius gratia, vt si domus, eorum que natura fiunt esset: sic utiq; facta esset, vt nunc ab arte. Si autem que natura, non solum natura, sed & arte fierēt: similiter utiq; fierēt, vt apta natura sunt. propter ergo alterū, alterū.

2. Ratio. ¶ In textu. 78. subdit secunda ratio que est ex his que ab arte sunt elegantissime sumpta. Supponit enim q̄

physi.

vbiq; est aliquis finis, omnia precedentia sunt propter illū finem. s. et id quod primum, et id quod cōsequēter fit vso ad illū finē: vt quia constructionis domus si nis est habitatio, fit, vt fundamentū et parietes et omnia ordinantur in eundē finē. Hoc supposito arguitur. Sicut vnuquodq; agitur, ita suapte natura natū est fieri: et econuerso, sicut natū est fieri, ita agitur: propterea enim in domo prius tacitur fundamentū deinde eriguntur parietes et tandem superponitū tectū, quia ita nata est fieri: et a posteriori cognoscimus ita natū esse fieri, quia ita fit. si non aliquid impeditat. quia quando producitur monstrū ex semine hominis propter impedimentū non fit res eo modo quo nata est fieri: sed id quod agitur a natura agitur ad modū eorum que agū tur propter finē: ergo illa apta nata sunt fieri propter finē: et per consequens in rei veritate aguntur propter finē. Probatur minor per similitudinem ad artificialia. Sicut in constructione domus prius iaciunt funda menta mox eriguntur parietes ac demū superponitū tectū: ita arbor prius submittit radices tanq; substantaculum, deinde emittit stipitem, et tanq; tectum profert frondes. Unde infert q̄ si domus esset res, naturalis, natura eodemodo faceret domum, sicut fit ab arte: et viceversa, si arbor res esset artificialis, eodem ordine artifex faceret arborē quo fit a natura. Si ergo in artificialibus videmus illū ordinem seruari eo q̄ media ordinantur ad finem, sequitur et naturam, que simili ter operatur, agere propter finem.

¶ Et omnino ars: alia quidem perficit que Texto natura nō potest efficere, alia vero imitatur. lxxii. si ergo que secundū artem sunt, propter aliquid fiant: manifestum q̄ & que secundū naturam. Similiter enim se habent inter se, in ijs que secundum artem atq; in ijs que secundū in naturam: posteriora ad priora.

¶ In tex. 79. sequitur tertia ratio secundum Lomentarem que potius est superioris expositiō. Ait enim duplē esse artē: alia, que facit id quod natura nō potest efficere, vt ars construendarū nautū: in uis enim non pōt fieri/a/natura: alia vero est que imitatur naturam. i. operatur eundem effectū quem facit natura seruans, modum nature, vt medicina. Ut enim natura sanat infirmū expellendo corruptos humores fortificans, do membrū &c. eodemmodo operatur ars medica. Si ergo ars medendi operatur ex intentione finis, sequitur q̄ natura sanans infirmū etiam operatur propter finē: alias ars non iuuaret naturā cōcurrēdo ad eundem effectum, si finē quem intendit ars, non intenderet patiter natura. Et ita infert intentā conclusionē. s. q̄ cum ars operetur propter finē, et natura operetur quād modū ars, sit ut natura itidē opereū propter finē.

¶ Maxime autem manifestum est, in ceteris Texto animalibus: que neq; arte, neq; inquirēdo, lxxx. neq; deliberando, faciunt. Quapropter du bitant quidam, vtrum intellectu, aut quodam alio operentur: & aranei, & formice, & huiusmodi. paulatim autem sic procedent: & in plantis apparent conferentia quedam fieri ad finē, vt folia propter fructus cooperimentum. Quare si & natura, & propter ali quid, hirundo nīdum facit, & araneus telā, & plante folia gratia fructū, & radices non

sursum sed deorsum, gratia nutrimenti: manifestum quod est causa talis in ipsis que natura sunt, & sunt.

4. Ratio. In tex. 80. sequitur quarta ratio sumpta ex animalibus brutis. Araneae texentes telas, formice congregates grana, hirundines construentes nidulos, hec omnia faciunt propter finem: et tamen non agunt ex arte neque a proposito, cum non habeant cognitionem finis: ergo reliqua omnia naturalia, que sine ratione et arte operantur, agunt propter finem. Ad hanc probat auctoritate philosophorum: quia nec contrarij possunt negare. Est enim adeo manifestum formicas congregare frumenta in estate, ut sit illis alimentum in hyeme: et hirundines facere nudum gratia incubadioua, ut etiam contrarij id non possint negare. Dicebant tamquam ab intellectu quodam dirigebatur. Contra quos ait Ph. quod ista bruta, cum non cognoscant finem, non agunt deliberate neque ex arte: sed instinctu dirigitur a datore nature. Quocirca idem concedendum est in alijs sensu parentibus. Unde paulatim inquit ex his procedendum est ad plantas, que habent vitam sine sensu: in quibus apparet folia produci ut sint cooperatum fructuum: id quod in vita est manifestum: que propterea habet tantum latu folia, ut tenerrime vue a tempestibus protegatur. Et radices arboris propterea sunt subter, ut alimentum a terra suscipiant. Si ergo ita est in his viuentibus, testimonium est elementa et alia id genus vite experientia etiam agere propter finem.

Textus lxxxij. **C**Et quoniam natura duplex est: alia quidem materialia, alia vero ut forma, finis autem est hec, propter finem autem cetera: hec utique erit causa cuius gratia.

5. Ratio. In textu denique octogesimo primo, concludit quintam postremam rationem. Natura ex qua ens naturale constat, est duplex materia, et forma: sed ex his materia que est pura potentia ordinatur ad formam que est actus eius: ergo generatio rei naturalis est propter finem. I. propter acquirendam formam, per quam res constitutur in sua specie et quiditate.

Textus lxxxij. **C**Peccatum antem fit: & in ipsis que sunt secundum artem, scripsit enim non recte grammaticus: & propinavit non recte medicus mendacium. quare manifestum est: quod continet & in ipsis que secundum naturam sunt. Si igitur sunt quedam secundum artem, in quibus quod recte fit propter aliquid fit, in ipsis autem que peccantur, alicuius quidem gratia agreditur, sed frustratur: similiter utique se habet & in physicis, & monstra peccata sunt illis quod propter aliquid agit. Et in ipsis que a principio utique compositionibus bouigena, si non ad quedam terminum ac finem poterant venire: corrupto utique principio aliquo (ut nunc se invenire) fiebant.

In tex. 82. postquam adduxerat Ph. rationes proprias, prosequitur diluere aduersariorum argumenta que duo erant potissima. Primum quod cum naturam videbant non nunquam deficere (nempe quando monstrum gignitur) inferabant naturam non agere ex intentione. Quare dicebat Empedocles, quod sicut in prima constitutione rerum casu facta sunt aliqua monstra bouigena, s. superiori pte hos

mines inferiori vero boues, propterea quod casu diversorum animalium membra in unum coierunt, ita casu contingit quod fierent homines et relique species huius figure quam modo habent. Contra hoc argumentum facit Aris. quatuor rationes: quibus argute retorquet argumentum in eos, ostendens, quod potius inde sequitur naturam agere propter finem. **Prima ergo ratio est:** que potius sexta in ordine numeri rati. In ipsis que sunt ab arte idcirco contingit peccatum, quia ars non consequitur finem quem intendebat: ut propterea grammaticus dicatur peccare, quia scribendo, aut loquendo non consequitur finem artis: et propterea medicus peccat, quia non porrigit potionem comedam ad finem. Unde si nullus esset finis intentus artis, nullum contingit peccatum: quia peccatum non est, nisi quia deficit a fine: ergo peccatum potius est signum quod talis ars agit propter finem, quam non agat propter finem. Eodem ergo modo in naturalibus, quod aliquando contingat monstrum potius est signum quod natura intendebat finem quem non consequitur monstrum propter aliquid impedimentum. Non enim diceretur monstrum humanum illud quod nascitur uno oculo, nisi natura intenderet producere duos oculos. Quocirca bouigena illa Empedocles propterea facta sunt monstra, non ut singebat Empedocles, quia membra diversorum animalium forte coniuncta sunt: sed quia natura particularis impedita fuit ab alia causa, ne sequeretur suum finem. **L**uius preterea indicium est, quod monstra raro contingunt: effectus vero intenti, aut semper aut frequenter.

CAmplius necesse est semen fieri primum: **Textus lxxxij.** sed non statim animalia. Et ipsum natura quidem molle: prius semen erat. Amplius & in plantis inest ipsum propter aliquid: minus autem distinctum est. **V**trum igitur: & in plantis fiebant ut bouigena, viriprora, sic vitierna oleoprora an non? Inconveniens enim est. sed tamen oportebat: siquidem & in animalibus. Amplius oportebat & in seminibus fieri, ut accidit.

CIn textu 83. subiunguntur due aliae rationes. Est ergo secunda. **U**bi certus est ordo et series actionum non est fortuitus effectus sed a proposito intentus: namque sunt preter intentionem nullum feruant ordinem certum: at in generatione naturali, etiam ubi gignitur monstrum, est certus ordo: ut prius ponatur semen in loco apto ad generationem, non tam statim fit animal, sed prius semen digestum molescit et fit embrion: multisque inter medius dispositionibus venitur ad animal: ergo illa operatio est a proposito. **U**is rationis in hoc consistit, quod quis nonnullus contingat peccatum in ultimo effectu, nunquam tamen perueritur ordo, ut ex animali fiat embrion, aut ex embrione semen: sed econverso. **Tertia ratio est:** **P**lante (ut s. Ratio supradictum est) agunt etiam propter finem: licet in illis non sit tantum manifestum quod in animalibus, propterea quod non habent membra ita distincta ad generationem, nutritionem, et alias operationes vitales, quam animalia: ergo a fortiori in animalibus quorum natura magis est sollicita membra et motus sunt propter finem. **I**nterrogatio que statim subiungitur: aduersus Empedoclem varie exponitur. Mihi omnino licet appareat intricata facilis est tamen, si prius consideretur quod Empedocles dicebat in prima ratione constitutione facta fuisse bouigena viriprora. Legenda sunt hec nomina non copulativa: sed ut secundum sit adiectivum prioris. Que erant monstra cuius pars posterior erat bouis (et ideo dicebatur bouigena) pars vero anterior erat hominis viri: et ideo dicebant viriprora: et

prora nautis: que est pars anterior. Quādē Themistius nō legit, nisi viri priora i. habēta prorē p̄tē viri. Qd si mōstra illa (vt aiebat Empere) nō sūt facta ex defectu na-
ture nō potēs attingere suū finē, sed q̄ ita forte cōsu-
eta sunt mēbra diuersorū animaliū, interrogat Aristo.
cur nō sunt etiā facta vitigena oleoproria. i. mōstra quo-
ruꝝ pars posterior sit vītis et anterior sit oiliua. Incon-
ueniens (inquit) est quia est cōtra experientiā: sed tamē
consequitur ad opinionē Empedoclis. Et idē preterea inconveniens infert in seminib⁹, cur non factū est mō-
strū, vt accidit. i. a casu: nempe cuius vna pars grani
esset triticū, alia vero hordeū. Quinetiā potuissest inter-
rogare, cur non factū est monstrū, cuius vna pars esset
homo, et alia planta. Non ergo intendit hic Aris. nega-
re esse aliqua monstra in plantis, aut seminib⁹ (vt nō
nulli existimant) sed ratio (que quarta est cōtra istos) cō-
sistit in hoc. Si monstra fiunt illa ratione qua dicit Empedocles, contingēt tunc quidē indifferenter queuis
monstrorū genera ex plantis et animalibus: non tamē
ita contingunt: sed monstrum nascitur q̄ proximū fieri
potest fini intento a natura. vt ex homine nunq̄ nascit
planta: sed vel homo, vel monstrū habens aliquā effigie
hominis, aut quod saltē sit animal: quod est genus ho-
minis. Et in plantis q̄uis nonnunq̄ ex oliua nascatur
oleaster, nunq̄ tamē cupressus. Et in feminib⁹, licet tri-
ticū aliquando de generet in sūliginē, nunq̄ tamen ex
tritico nascitur vrtica: ergo cū natura semper facit effe-
ctum q̄ potest proximum proprio fini, sequitur q̄ ipsa
met productio monstri testatur naturā agere propter
finem. Unde in textu. 84.

Textus **C**ōmōdū autem destruit sic dīcēs: tā que
lxviii. natura sunt q̄ naturam. Natura enim sunt:
quecunq̄ ab aliquo in seip̄sis p̄ncipio con-
tinue motu perueniunt ad aliquem finē. Ab
vnoquoq; autem non idē quibusq; neq; qui
nis: semper tamen ad eundem, nisi aliquid
impedierit.

Cōfert Aristote. q̄ illi qui a natura finem auferunt,
rationem ipsam nature tollunt. Est enim natura que a
certis agentibus et p̄ncipijs, non quocunq;, sed vñq;
ad certum finem progreditur. [Ab vnoquoq; autem
non idē quibusq;, neq; quiduis]. i. quibusq; agenti-
bus non contingat a quocunq; p̄ncipio in quēcunq;
finem procedere: nam ignis neḡ incipit a frigiditate,
neḡ producit aquā: sed vñquod ex certis p̄ncipijs
ad certū finē peruenit: nisi impediatur. vt in monstrib⁹.

Textus **I**d autem cuius gratia, & quod huius gra-
lxxxv. tia: fient vtq; a fortuna. sicuti dīcīmus q̄ a
fortuna venit liospes, lotusq; abiuit: cū tāq;
gratia huius veniens egerit, non autem gra-
tia huius venerit. & hoc, secundum accidēs.
fortuna enim: est earum que sunt secundum
accidens causarum, quemadmodum & prius
dīximus, sed cum hoc semper, aut frequen-
ter fiat: non secundum accidens, neq; a fortu-
na est. In physicis autē semper sic: nisi quid
impedierit.

Contra ter. 85. respōdet cuius tacite obiectiōni, que pos-
set fieri aduersus ea que dicta sunt. Atqui text⁹ (licet
hanc expositionē nūs q̄ viderim) hoc modo videtur in-
ducendus. Fecerat consequentiā Aris. q̄ si effectus
naturales suapte natura possunt fieri propter finē, de-

facto natura faciat illos propter finē. Quā consequen-
tiā posset quispiā negare, dicens, id quod suapte natu-
ra est factibile a p̄posito, fieri aliquando preter inten-
tionē. vt si quis vadat in domū amici solū salutandie es-
gratia, et forte illic balneo lauatur, tunclotio quidē q̄
la est a fortuna, cū non fuerat intenta, et tamen erat fa-
ctibilis a p̄posito: nā si ille scūisset se laudū, venisset
propter illud. Respondet Aris. id nōnumq; verum esse
s. q̄ fiat a fortuna; id quod esset factibile a p̄posito:
id tamen est verū quando talis effectus raro cōtingit:
sed tamen quia natura semper, aut frequentissime eos
dē consequitur effectus, signū est q̄ non solum effectus
illi sunt factibles ex intentione, sed q̄ in rei veritate
fiunt ex intentione.

Cōinconveniens autem est: non opinari pro Textus
pter aliquid fieri, nisi videant ipsum mouēs
lxxxi. deliberasse. Attamen etiam ars non delibe-
rat. nāq; si esset in ligno, nauis faciēnde ars:
haud secus atq; natura, faceret. Quare si in
arte inest ipsum propter aliquid: & in natu-
ra inest, maxime autem manifestum est: cū
quis medetur ipse sibi ipsi. huic enim: simili-
lis est natura. Quid igitur causa sit natura,
atq; ita vt propter aliquid: manifestum est.
In textu deīng. 86. et postremo respondet. Rh. ad se-
cundū argumentum aduersarij: quod erat huiusmo-
di. Natura non agit ex consilio, et deliberatione, vt pa-
tet in brutis animalibus et in aliis insensibilibus: ergo
non agit propter finem. Quibus respondet negando
consequentiam. Et poterat quidē aliam rationē redi-
dere, videlicet, q̄ agere ppter finē, stat dupliciter: uno
modo a p̄posito per deliberationē particularis agen-
tis: et alio modo tanq; ea que ab alio diriguntur, vt sa-
gitta. Sed tamen adhuc ostendit consequentiā non va-
lere, etiā in artibus, quarū opera sunt a p̄posito. Mā
artifex construendarū nauis, nō delberat an nauis de-
beat fieri ex ligno vel ex plūbo: nec delberat an p̄iū sit
lignū cedendum ex arbo, q̄ dolabria dedoletur. quo-
niā hec ex habitu sunt manefesta. Nec certo domiſca-
tor delberat an prius iaciāt fundamenta, q̄ erigat pa-
rietes: nihilominus agit ppter finē. Et q̄ posset quis
istā analogiā artis et nature inficiari dīcēs q̄ ars agit
propter finē: q̄ est p̄ncipium extrinsecū artificio, na-
tura vero est intrinsecum enti quod mouetur: repōdet
q̄ nihil refert p̄ncipiu esse intrinsecū, an extrinsecū in
hac parte. Et ideo cocludit, q̄ in ea maxime arte appa-
ret operatio nature propter finē, quando medicus sibi
ipse medet: tunc enim medicatio fit propter finē a p̄n-
cipio intrinsecō, puta ab arte: que est in illo qui sanat.
Sed ēmodo quād quis a natura sanatur, natura ope-
ratur ppter finē. Licet sit dīa q̄ q̄ medicus sanat, motus
est a p̄ncipio q̄ est per accidēs intrinsecū ei qui sanat.

Q V E M A D M O D U M I N N A T U R A S I T N E C E S S A R I V M . C A P . I X .



VOD autem ex necessitate est: Textus
lxxxi. vtrum ex cōditione sit, an & sim
pliciter? Nunc enim opinantur:
quod ex necessitate est, esse in ge-
neratione. quēadmodum si aliquis murum
ex necessitate existimaret esse factū: quoniā
grauiā quidē deorsum ferri apta natura sit,

leuia autem superne. quapropter lapides qui dem deorsum ac fundamenta: terra autem, sursum propter levitatem. supra autem maxime: ligna. leuissima enim sunt.

Con cap. nono, quod sex textus continet, determinat p. secundam questionem propositam in principio sequentis cap. nempe illa que in natura contingat, qua necessitate fiant. Et enim questio hec cum superiori conexa. Cum enim determinatum sit naturam agere propter finem, videtur statim inde sequi omnia fieri ex necessitate finis: cum antiqui potius dixissent fieri ex necessitate materie. Et ideo proponit primo questionem, utrum necessitas effectuum naturalium sit necessitas conditionalis, an necessitas simpliciter. Ad cuius intelligentiam notandum est ex s. meta. tex. 6. quod necessarium tot modis dicitur quo sunt causarum genera. Est enim necessarium ab intrinseco, aut ratione materie, aut ratio ne forme. ut necesse est hominem esse mortalem, quia est materialis: et esse visibilem, quia est rationalis. Et preterea est necessarium ratione cause efficientis: sicut necesse est noctem diei succedere, propter motum diurnum solis: noctesque et dies inaequales esse in diversis temporibus propter maiorem aut minorem accessum solis ad nos. Et iste necessitates dicuntur simpliciter, propterea quia sunt a causis intrinsecis, aut saltem a priori, ratione cause efficientis. Alia est necessitas ratione finis: et hec dicitur conditionalis. ut cibum sumere non est simpliciter homini necessarium: sed conditionaliter propter finem, si vult vivere. Est ergo questio: utrum dispositio et ordo vniuersi et dispositio et ordo membrorum animalium, sit simpliciter ex necessitate materie, an propter finem. Antiqui enim dicebant hoc fieri ex necessitate materie. ut et terra sit deorsum et aqua de super et ad huc superius aer, non est propter finem aliquem: sed solum quia materia est grauior et aqua leuior. Nonnebat exemplum in artificialibus. ut et in constructione domus fundamentum substernatur ex lapidibus, et parietes construantur ex terra (aut ex terra cocta, quales sunt lateres: aut ex terra cruda constipata) et quod tectum superponatur ex lignis, hoc non prouenit, nisi quod lapides sunt grauiores quam terra, et terra quam ligna.

Textus lxxvii. **C**attamen non sine his quidem factus est: non tamen propter hec, nisi ut propter materiam, sed causa abscondendi quedam et saluandi. Similiter vero & in alijs omnibus, in quibuscumque ipsum propter aliquid est: non sunt quidem sine ijs que necessariam habent naturam. non tamen sunt propter hec, nisi ut materia sunt: sed propter aliquid. ut propter quid: serra est talis: ut hoc, & huius gratia sit. hoc tamē cuius gratia, non potest fieri: si non ferrea sit. necesse est igitur ferrea esse: si serra erit & opus ipsius. ex suppositione igitur: necessarium est. Sed non ut finis. Nam in materia: necessarium est, Id autem cuius gratia fit: in ratione.

Con tex. ss. constituit hanc conclusionem aduersus antiquos. Tā in naturalibus quam in artificialibus materia est necessaria: ratio tamē necessitatis non est a materia, sed a fine. Et hoc est quod ait [non quidē factus est] scilicet murus [sine his]. i. sine lapidib⁹ et lateribus. Non tamē murus factus est propter hec, nisi quasi pro-

Cū hactenus semp dixerit tempus esse mensurā motus, nulla quietis mētione facta, eadē tñ videat esse mensura oppositorū (velutie adē potētia qua percipim⁹ lucē, sensum et tenebras) subiugit in hoc t̄p̄. n. 8. q̄ tempus mensura est, nō solū motus, sed et quietis: motus quidē per se, quietis autē per accidēs rōne motus. At q̄ mensura in tempore est esse in tempore, et quies cū nō sit in motu apparet nō esse in tempore: rūdet huic obiectiōi: dicēs q̄ quāuis quies nō sit in motu (q̄ qd̄ quiescet non mouet̄) nihil⁹ est in tempore: q̄ tempus nō est motus, sed mensura et numerus motus. In nūero autē et mensura motus nō solū est id quod mouetur, sed per accidēs id quod quiescit. Eodem enim tempore quo metimur vigilam, metimur somnū, et quo metimur motū febris metimur et eius cessationē. Clariitatis autē maioris gratia expo nit quidnā p̄p̄rie dicāt quiescēs. Quies. n. (inquit) non solā dicit negationē motus, sed p̄uationē. Quare solū illud dī quiescere qd̄ cū nō mouet̄, est tñ aptū natū motueri: vt in prioribus (inquit) dictū est: nēp̄lib. 3. t̄p̄. 16. vbi dixerat illud esse mobile, cuius immobilitas dī q̄s. Quocirca intelligentie, vt nō sunt physice mobiles, ita nec p̄p̄rie dicunt quiescere, sed sunt immobiles negatiue. Ad propositū ḡ. Quēadmodū aliqua esse in nūero est q̄ sit aliquis eorū nūerus et mensura, ita esse in tempore est tempore mensurari. Igit̄ cū quies sit in tempore dicimus. n. hominē dormisse, et egrotū quiescere in tāto tempore fit vt et q̄es mensurē tempore. Cōcludit ex dictis q̄ tā ea que quiescunt q̄ ea que mouent̄, mensurant tempore: illa quidē, quātū moueant̄: hec vero, quātū quiescant. Quare tempus est p̄se mensura motus, rōne cui⁹ est mensura quietis. Ut tempus nocturnū cū per se sit mensura motus quē sol facit sub terra, ratione illius est mensura somni quietisq; hominū a laboribus suis.

Textus cxviii.

Temp̄ est
mensura
quietis.

Textus Quare quod mouetur non simpliciter erit
cxix. mesurabile a tempore / quatenus quantum quod datur;
sed quatenus motus ipsius quantum est. Quare que
cumque neque mouentur neque quiescent: non sunt
in tempore. Esse, non in tempore: est mesurari tempore.
Tempus autem: motus & quietis mensura est.
Cap. hic. uirg. velut repetitio est aut perclusio superiorum.
Inferuntur duo corollaria. Primum est quod mobile non me-
suratur semper tempore sed quantum mobilitas, sed secun-
dum quantum et durationem motus. Non enim tempore mesuratur
quoditas aut quantitas, aut qualitas huius, sed mesuratur quantum
est tempus motus aut quod est existentia et duratio. Secundum co-
rollarium est quod ea que neque mouentur physice neque prouide-
scuntur (quales sunt intelligentiae) non sunt in tempore: quia
tempus non est mensura, non motus duxat aut datur.

Textus Manifestum igitur est quod neque omne quod
cxx. non est: erit in tempore: ut quecunque non pos-
sunt aliter esse. ut diametrum esse lateri commensurabile, omnino. si mensura quidem est mo-
tus tempus per se; aliorum autem secundum accidens: mani-
festum est quod quorū est mesurat his omnibus erit esse in quiete aut motu. Quecunque
igitur corruptibilita & generabilita sunt / &
omnino que aliquando quidem sunt aliquā vero
non: necessarie est in tempore esse. est. non. tempus quod
datur manifestū est quod excedet esse ipsorum / sed id quod me-
surat substantiam. Eorum autem que non sunt que-
cunque quidem continet tempus: alia quidem erant /
ut Homerius aliquā erat. alia vero erunt: ut futu-
rorum aliquā. que: ad utramque continet. & si
ad ambo: utramque & erant & erunt. Que autem
haud quācunque continet: neque erant/ neque sunt/
neque erunt. Sunt autem huiusmodi eorum que
non sunt: quorū opposita sunt semper. ut in-
commensurabile esse diametrum: semper est. &
non erit hoc: in tempore neque ergo: commensura-
bilis esse. Quapropter semper non est: quoniam
contrarium est ei quod semper est. Quorum
autem contrarium non semper est: possunt & esse
& non esse / & est genitio & corruptio ipsorum.
Cap. ter. deniq. 120. qui postremus est huius capituli,
postquam iudicatum est sempiterna et necessaria non esse in
tempore, concludit per alterum extremum quod neque impossibilita
sunt in tempore: ut diametrum esse commensurabile conste, id est
aliquā esse partē aliquā utriusque communē. vt. 1. post.
cap. 2. expositum est. Probatio. Tempus per se est mesura
motus. aliorum autem ratione motus: ergo quecunque
sunt in tempore tanquam in mensura debent esse mobilia:
et si mensurantur quantum ad suum esse et durationem,
debet tempus eorum esse et durationem excedere, ut
re, ut super textū. 117. dicebam as: et per se debent esse
generabilia & corruptibilia: impossibilita autem nec gene-
rabilia sunt nec corruptibilia nec utramque mobilia aut qui
escerent: quia non sunt in tempore. **C**onclusio & principalis
secundum p̄tis huius capituli est quod solū generabilia et cor-
ruptibilia quantum ad suum esse sunt in tempore. Quoniam ali-
qua fuerūt que nec sunt nec erunt, ut Homerius: aliqua

erunt que nec sunt nec fuerūt, ut antichristus: alia deniq
que et fuerunt et futura sunt, ut illa que in extat. Que
sunt impossibilita sunt eo (inquit) non sunt in tempore: quia
neque eorum contraria sunt in tempore. An in aduentu est
hic id quod lib. 2. summulax de supponere naturali diceba-
mus, expressam esse Arist. sententiam: nepe veritates p̄posi-
tionū ubi predictū est de essentia subiecti non incipere
aut desinere in tempore, sed esse perpetuas: ut hoc esse sim-
ilis rationale diametri esse incommensurabile conste re vera
quāvis nullus fuisse modus ita esset in re. Atque g. Arist.
quod ut ista non sunt in tempore: sed semper ex necessitate, ita
neque eorum contraria sunt in tempore, quod non sunt factu pos-
sibilita. Aliis vero quorū contraria non sunt semper sunt
in tempore sicut sua contraria: ut antichristus non esse, lu-
na non eclipsari, hominem dormire, contingunt in tempo
re: quia eorum contraria non sunt semper.

DE SIGNIFICATU TEMPORALIUM ADVERBIORVM. CA. XIII.



PSVM AVTEM NVNC:EST Textus
continuatio temporis/sicut dictum cxxi.
est. Continuat enim tempus pre-
teritū / & futurū: & omnino termini
nus temporis est. est enim/huius quidem principiū, illius autem finis. sed hoc: non ut in pun-
cto manente manifestū est. dividit autem po-
tentia. & quatenus quidem huiusmodi: semper
alterum est ipsum nunc. quatenus autem copu-
lat: semper idem est/ ut in mathematicis lineis.
non enim idem semper/ unūque punctū est: intel-
lectu: dividit enim: aliud est. Que autem
autem est vna: idem penitus est. Sic & ipsum nunc,
aliud quidem temporis dividit secundum po-
tentiam est: aliud autem, terminus utrōque.
& vno. est autem idem & secundum idem di-
uisio & vno, esse autem, non est idem.

Consecutum in significatiōbus temporaliū adverbiū
explicatis fere expendit. Et primum huius adverbii
nunc/duras distinguunt significatiōes. Prima est qua ha-
ctenus semper vni sumus: nepe ut significat quid indi-
cibile re aut ratione, ut. q. 4. exponimus: continuans partes
temporis prieteritā atque futurā, sane quod est finis vnius
principiū alterius. Dicitur tamen a pūcto quod continuit
partes lineas, quod punctū est ens permanens ut linea ipsa:
instans vero est semper fluens, non nisi indicibilis durans.
Subiungit p̄tis, quod idem instans copulatur: si partū est et di-
vidit in potentia. In quo dicitur scđo a pūcto: nā pun-
ctū nō solū in potentia dividit p̄tes quas actu copulat, sed
cū actu dividit est et finis in actu, tanquam extremū li-
neae. At quod tempus est ita continuū ut nā sit actu divisibile,
nec in via Arist. possit incipere aut desinere, nunc
temporis nō potest esse finis temporis actu divisi, sed dividit
in potentia, per hoc quod considerat ut finis vnius et ut prin-
cipiū alterius. Et ideo subiungit quod licet idem nū sit conti-
nuatiū et divisiū, hoc tamen est sub diversis rationibus: nā
quatenus dividit [alterum est ipsum nū]. I. considerat ut
duo, puta ut finis vnius et initium alterius. Sed quatenus
copulat, considerat ut vnius. s. ut vnius tamen considerat ut
vnius. Subdit exemplū in lineis mathematicis, ut considerant
indivisiibiles scđos latitudinē et profunditatē. Et tamen quā-
uis mathematicus singulat divisionē lineas in certo pūcto,

tamen cū actu sit diuisio, duo sunt actu pūcta terminātia ptes diuisas: cū autē ptes sunt cōtinue, vñū est punctū cōmune vtriq. Sic nūc (inquit) aliud quidē est tēpus diuisio scđz potentia. s. alia rōne diuidit, puta in quā tā exerceat vicē duoz [aliud autē tr̄us vtrorūq; et vñio] idest alta rōne vnit: puta in quātū est tr̄us cōis vtriusq; partis. Unde concludit qd idē est realiter vñio et diuisio s. idē nūc [esse autē] idest ratio, non est eadē.

Textus **cxxv.** **C**iporum igitur nūc: hoc quidē in sic dici tur/ aliud autem/ cū tempus quod est hūsus prope sit. vt veniet nūc: quia hodie veniet. venit mūc. quia hodie venit. **Q**uā vero in Ilio gesta sunt/fuerunt non mūc. neq; diluuium: fuit nūc: & tamen cōtinuum tempus est ad ipsa: sed quia non prope.

Hūc scđo modo. **C**altera significatio de ly/nūc est qd non accipitur pro indiuisibili vt dictū est, sed pro eo tēpore qd huic nūc p̄ximū est, sine preterito siue futuro. **D**e eo. n. qui hodie venit aut vēturus est dicimus nūc venit. Ut de his que Troie gesta sunt aut de diluuiio non dicimus nūc contigisse. Alludit ad diluuiū Thesalicū quod magnā partē Grecie inundauit. Greci ad designandū id quod paulo post futurū est speciali tēpore futuro vtuntur.

Textus **cxxvi.** **C**ipsum autem olim: tempus est determinatum ad prius & posterius nūc. vt olim capta est Troia: & olim erit diluuium. oportet enim terminari ad ipsum nūc. erit ergo quātum aliquod ab hoc tempus: & ad illud. & erat ad præteritum.

CScđ aduerbiū tēporale est/olim/ seu aliqñ vt Theimi stius legit. **Q**d quidē (inquit) significat tēpus aliqñ de terminatū ad prius aut posterius nūc. i. tēpus qd intercipit int̄ instās p̄sens et aliud nūc: siue p̄teritū siue futurū. Quare qd ab eterno cēt aut in eternū duraret nō dicere olim fuisse factū aut fore. Olim ēt latine accipitur tā pro futuro qd pro preterito: vt olim capta est Troia, olim erit diluuiū. Alterū designat diluuiū qd tūchiarolabant futurū. Itaq; vñica est dīa inter nūc in secūda significatio et olim, vt nūc sit illud qd est presenti p̄ximū, olim & o qd est remotū. Etly aliqui ēt p̄fecto latine vñ signare aliquā distantiā a p̄senti. **E**s. n. grece aduerbiū/pote/ accētu in ultima: qd significat et olim & aliqñ. Pro quo Boetius legit/ tote/ qd est tūc: et ita peruerit totū textū: credēs. n. qd solū accipias pro p̄terito, vbi est grece/ad prius et posterius/omissis ly/ posterius, et vbi est/erit diluuiū/de futuro, trāstulit: erat diluuiū. At vero/tunc/ aliquomō differt ab/olim: nā tūc semper exigit aliā p̄ticulā: vt tūc facta est redēptio qd christus passus est. Sed nihilō accipias tā profuturo qd pro preterito.

Textus **cxxvii.** **C**Si vero nullū tēpus est quod non sit olim: omne erit tempus finitū. Deficiet ne igitur, an non: si quidē semper est motus: aliud igitur/ aut idem sepe est. manifestum est/ qd vt motus: sic & tempus est. si enim & vñq idem sit aliquando: erit tempus vnum & idem, si vero non: non erit.

CEx significatore proxima ipsius olim qua dictū est significare tēpus, qd hinc vñq ad certū instās determinatur et finitū, oris dubitatio hec. Si nullū est tēpus qd non sit olim (quidē olim dī de quocūq tēpore preterito et quocūq tēpore futuro) et olim significat tēpus si-

nitū, tēpus finitū: qd in opinione Aris. falsum est, quippe qui censem esse perpetuū. **Q**uidq; interrogat: deficiet ne tēpus (.i. cessabit) an nō? [si quidē motus semper est] ac si dicat. Nā cū motus primi mobilis sit perpetuus, vñ et tēpus, qd eius mēsura est, esse perpetuū. **Q**d si tēpū est perpetuū, necesse est aut qd aliud post aliud semper succedat, aut qd semper idē fluat. Huic dubitationi vt respōdeat, presupponit manifestū esse qd vt motus, ita se habet in hac re tēpus. Hēpe qd si vñus idēq; motus est quo semper primū mobile mouetur, vñū est et tēpus: sin vero aliud et aliud, pariter est et tempus.

Textus **cxxv.** **C**Quoniam autem ipsum nūc/finis & prin cipium temporis est sed nō eiusdem/sed præ tex. **cxxv.** teriti quidē finis principium autem/futuri: vt habebit circulus in eodem quodāmodo curuum & concavum/sic & tempus semper in principio erit & fine. & ob hoc: videatur semper alterum, non enim eiusdem principium & finis: ipsum nūc. simul enim & secundum idem: opposita essent. & nō deficiet itaq; tempus. semper enim in principio est.

CSupposito qd eandē esse rōnē motus et tēporis, pbat in hoc tex. **cxxv.** qd vt motus primi mobilis, ita et tēpus est quidē semper idem spē, aliud autē et aliud numero, vt tex. **cxxv.** predixerat. Lū. n. vt in principio huius capitū iā dictū est, qd cūq; nūc est finis preteriti tēporis et initiu futuri, vt in circulo eadē linea est cōnexa et concava (respectu. n. exterioris termini est cōnexa, & respectu interioris, cōcava) p̄fīs est, vt preteritū tēpus & futurū sit alterū et alterū: nā idē nūc non pōt esse finis et principiū eiusdem numero tēporis: alias idē scđ idē hēret rationes oppositas. Ex diversis ergo rōnibus eiusdem nūc arguit, p̄u⁹ et posterius, tēpora esse numero distincta. Et hec terminatio tēporis sufficit ad rōnē significatio nis aduerbiū olim. Attī qd motus primi mobilis semper est cōtinuus (nā eodē puncto quo finitū vna circulatio incipit alia) sit vt preteritū et futurū idē sit spē tēpus atq; adeo ptes eiusdem cōtinui. Rō hec Aris. fundat in eter nitate mundi: qm̄ in rei veritate tēpus et incepit cū motu celi et fine: et per p̄sequēs nec primū instans fuit finis preteriti tēporis, neq; vltimū, initiu erit futuri.

Textus **cxxvij.** **C**ipsum autem iam/ propinquum præsenti nūc atomo: pars est futuri temporis. quando ambulabis? iam. quia groove est tempus: in quo futurum est. & præteriti temporis/ id qd non procul est ab ipso nūc. quādo ambulabis? iā ambulaō. Ilīm autē iā captū est/nō dicimus: quia procul valde est ab ipso nūc.

CTertiū aduerbiū est/ am. Luius significatio eadē ferme est que ipsius nūc in scđa acceptance. Significat. n. illud momentū quod presenti est fere indiuisibiliter p̄ximū. Ut quando proficisceris: Jam proficiscar. Quādo hoc facies: Jam feci. Sed illū non dicimus iam cap tū, sed olim, quia procul est quando fuit captū.

Textus **cxxvij.** **C**ipsum autem nūper: propinquum præsen ti nūc / & pars præteriti est. quando venisti: nūper: si sit tempus propinquum præsenti nūc. Quondam autem: quod procul est. Repete autem: quod in insensibili tempore/ propter paruitatem remotum est.

Super.

Cuartū aduerbiū temporale est nuper: quintūq; repente/aut/subito. Quorū significaciones exponit in textu hoc. 127. Aut. n. q; nuper idē est q; paulo ante seu propinque, vt sit mediu; inter olim/et iam nunc. Nō autē dī de futuro, sed de preterito. Huius cōtrariū est quodā/q; significat id qd procul hinc fuit. Repete autē seu subito significat tēpus imperceptiblē hinc remotū seu dimotū. Illud. n. dicitur fieri repete aut subito, quod tēpore imperceptibili fit, vt repētū fulgur, aut nutus oculi.

Repte.

Textus C Mutatio autē omnīs: natura remotūa est. cxxviij in tempore autem: omnia fiunt & corruptūtur. Q uia propter & alijs quidem: sapientissimum dicebant. Pythagoreus autem Paro in doctissimum: quia obliuiscuntur & in hoc/dicens rectius. Manifestum itaq; est/q; corruptionis magis erit per se causa q; generationis: sicut dictum est & prius. remotū enim: mutatio per se est. Generationis autem & ipsius esse: secundum accidens. Signum autem sufficiens est: quia fit quidem nihil / nisi moueatur quodāmodo ipsum et agat. Corruptūtur autem: etiam cum nihil mouetur, & hanc: dicere maxime consueimus a tempore corruptionem. At vero neq; hanc/tēpus facit: sed accidit in tempore fieri/ et hanc mutationē. Q uod igitur tempus est/ & quid est/ & quot modis dicimus ipsum nunc / & quid ipsum olim/ & nuper/ & iam/ & quondam/ & repente: dictum est.

Tēpus in Textu hoc. 128. post interpretationē adverbiorū tēporaliū ad id regredit: ynde fuerat digressus. Dicebat. n. textu. 120. nec sempiterna, nec impossibilia esse in tēpore, s; gñabilia et corruptibilia et ea que sunt motui subiecta. Villucidat ergo nūc quomodo sint in tēpore. Non n. sunt in illo tanq; in perse causa, sed tanq; in mēsura. Arguit autē q; sint in illo tanq; in causa. Omnis. n. mutationi remotūa est: omnia aut̄ mutantur siq; et corruptūtur in tēpore, ergo tēpus est iouz causa. Loquitur hic de mutatione generali, vt cōprehēdat et successiū motū et generationē que fit in instāti: nā et gñatio rōne alterationis pcedentis est in tēpore, vt. i. de gñatione est videre. Hac g; (inquit) de causa nōnulli philosophi appellabāt tēpus sapiētissimū vt pote q; iouz esset causa. S; Pythagoricus quidē Paro nomine dicebat cōtra esse in doctissimum. Et is (inquit) rectius dicebat. Mā vt tex. 117. dictū est tēpus magis est causa corruptionis q; generationis: nā tēpus de per se remouet et elongat res a suis pncipijs. Et hoc est qd dixerat [omnis mutatione remouita est.] Mutationis autē tēpus est causa per accidēs, eo q; agēs qd est causa per se nō agit nisi per motū cuius tēpus est mensura. Subiicit signū quo id cōfirmatur. Mā quantū ad sensum appetit nihil experimur de nouo generari, nisi per applicationē alicuius agētis a quo materia moueatut et disponatur. Munq;. n. nascuntur arbores, aut segetes aut animalia, nisi iacto semine, neq; accēditur lignū, nisi applicato igne. Multa tamē videmus corrūpi cuius causam nō vident vulgus. Videmus. n. multa senio cōfici et corrūpi: et hec quorū causa nos latet dicimus a solo tēpore corrūpi. Quanq; (inquit) neq; huiusmodi corruptionū tēp; est per se causa. Intēdit ergo. Arist. hāc cōclusionē, q; licet tēpus ma-

gis appareat corruptionis esse causa q; generationis, neutrū tamē est perse causa, sed per accidens, quatenus est mensura motus. In calce dēmū concludit dictū esse q; tēpus sit et quid sit re. Sequit statim cap. 14.

¶ DE Q VIBVSDAM CIRCA TEM PVSDVBITATIONIBVS. CAPVT. XIII.

IS AVTEM NOBIS SIC DE- Textu
terminatis: manifestum est q; omni- cxxix.
nem mutationem/ & omne qd mo-
uetur/necessē est moueri in tempo-
re. velocius enim & tardius: secundum omne
est mutationem. in omnibus enim: sic vide-
tur. Dico autem velocius moueri: quod prius
dum trāsmutatur ad subiectum secūdum idē
spacium & regularem motum mouetur. vt in
loci mutatione: si vtrāq; secundum circumfe-
rētiā mouētur, aut vtrāq; secundum rectā,
similiter autē est: & in alijs. ¶ At vero prius:
in tempore est. prius enim & posterius dici-
mus: secundum eam quā ad ipsum nūc est di-
stantia. ipsum autem nunc: terminus prete-
riti & futuri est. Q uare, quoniam ipsa nunc
in tempore sunt: & prius & posterius in tem-
pore erunt. in quo enim est ipsum nunc : &
ipsius nunc distantia. econtrario autem dici-
tur prius & secundum præteritū tempus/
& futurū. in præterito enim prius dici-
mus: quod longius est ab ipso nunc. posterius au-
tem: quod proprius est. In futuro autē prius
quidē: quod propinquius est. posterius au-
tem: quod longius est. Q uare, quoniam prius
in tempore est, omnem autem motum sequi-
tur ipsum prius: manifestū est, q; omnis mu-
tatio & omnis motus/ in tempore est.

Capituli huius. 14. qd textibus sex cludit tres sunt particule. Textus. n. hic. 129. superiori primo adnectit. Probat nāq; hic p̄hus omnē motū esse in tēpore duab; (præter supra dictas) rōnib;. Prima est. Quicquid mo-
uetur, velocius aut tardius mouēt (aut saltē moueripos-
test) q; aliud: velocī autē, aut tardius moueri regulat ac indicat tēpore: q; omnis mot⁹ est in tēpore. Probat
minore: q; velocius mouēt illud qd minori tēpore moue-
tur ab eodem puncto in idē punctum, dūmodo cōpare-
mus motum rectum, recto: et circularem, circulari: et mo-
tus fiat per eandem lineam: nam si vnu mobile mouea-
tur per chordam ab. A. ad. B.
et alterē per arcū semicirculi, l3
qd mouēt chordā citi⁹ veniat A. B
ad idē pūctū, nō tñ velocius mouēt qd mouēt per ar-
cū: immo si in eodē tēpore quo vnu trāst chordā, aliud
trāsiret arcū, velocī moueret p̄ arcū. Q uēadmodū su-
prema sphera velocius mouēt q; infima, l3 ambe quoli-
bet die faciūt circulū ab oriente in occidē, q; suprema ma-
iorē circulū describit. ¶ Scđa rō. Motus quicunq; hēt
prius et posterius: prius autē et posteri⁹ nō est, nisi in tē-

pore, immo sunt tēpus ipsum: ergo motus est in tēpore. Probab̄ minor. Pr̄ius et posterius nihil aliud sunt q̄ distantie a nunc presenti, nunc autem non est nisi in tēpore vt satis probatū est: ergo et prius & posterius sunt in tēpore: nā vbiq̄ est terminus distātie est ipsa distātia: sicut in linea in eadē quātitate sunt partes distātes per pūcta et puncta ipsa. At quia dixerat prius & posterius nō esse, nū distātias a nunc p̄sentī, manifestat quo modo aliter se habeant in p̄eterito et aliter in futuro. Quoniam in p̄eterito illud est prius q̄ plus distat a p̄senti, illudq̄ posterius quod distat minus: in futuro vero econtrario, illud est prius quod p̄senti vicinus est, illudq̄ posterius quod magis est remotum.

Cignum autem consideratione est: & quo modo tandem se habet tempus ad animam. & propter quid: in omnibus videtur esse tēpus / & in terra / & in mari / & in cōlo. An q̄a/ ipsius motus passio quedam est/ vel habitus: cum numerus quidem tēpus sit/ h̄c autem/ mobilia omnia? in loco enim: omnia sunt. tēpus autem & motus: simul sunt / & secundum potentiam / & secundum actum.

Secunda particula huius capituli in hoc tex. 130. et sequentia est. In qua soluit duas questiūculas de tēpore. Prima est: quomodo tēpus se habet ad animā: & h̄c soluit textu sequēti. Altera est: cur tēpus sit in omnibus reb⁹, vt terra, aqua, et cōlo. Hominē terre intellige omnia terrestria et cuncta que nos experimur moueri: aeras autē et sphere ignis, quorū motus nō experimur, non fecit mentionē: quia nondū tractauit de eorū motu. Huic secunde questioni respondet hic per modū interrogatiōnis, vt moris eius est, dicens: q̄ quia tēpus passio quedā est aut habitus ipsius motus, quippe cui⁹ sit numerus et mensura: et hec omnia mobilia sunt, oia sunt in tēpore. Neq̄ obstat quod supra dixerat tex. 117. semipaterna, et per consequens celū non esse in tēpore: quia intelligit illuc quantū ad suū esse et durationē: hic vero quantū ad suū motū. Neq̄ locus est hic disputandi an terra moueat secundū se totā: satis enim prōnū est q̄ omnia terrestria deossum mouentur. Quod autē subiungit tēpus et motū simul esse secundū potentiam et actū: sunt qui existimēt dictū esse propter primū mobile, quod vt dictū est tex. 45. non est secundū se totū in loco, sed secundū p̄tes que sunt in loco in potentia: puta vna in alia sibi continua. Attamen sensus hic falsus est. Nā vt illuc diximus quāvis partes celū non sunt in loco, nisi in potentia, actu tamen et propriissime mouentur in loco tā partē, q̄ totū secundū partes: atq̄ adeo actu est illuc tēp⁹. Dixit ergo hoc propterea, quia sunt aliqua actu quiescētia, vt terra secundū se totā, aut lapis, aut animalia dū dominunt: et ideo ne quis putaret illa non esse in tēpore quia nō actu mouentur, dicit q̄ eo modo sunt in tēpore, quo mouent: vt si sunt in potentia vt mouēt localiter, sunt in potentia vt secundū talē motū mēsurentur tēpore: et si sunt actu in motu quantū ad suū esse et durationē aut vivere, eadē rōe actusūt in tēpore.

Textus
XXX.

Vtrum autem cum nō sit anima/ erit tempus/ an non: dubitauerit aliquid. Cum enim impossibile sit numerantem esse aliquem: im possibile est numerabile aliquid esse. Quare est manifestum: q̄ neq̄ numerus est. numerus enim est: aut quod numeratur/ aut ipsum numerabile. Si autem nihil aliud aptum na-

tura est q̄ anima numerare / & anima intellegit: impossibile est tempus esse/ cum non sit anima. nisi hoc/ quod aliquando existens tēpus est/ vt si contingit motū esse/ sine anima. prius autem & posterius / in motu est: tēpus autē, h̄c sunt, quatenus numerabilia sunt.

En textu hoc. 131. soluit primaz questionē que est hec: utrū tēpus ita quantū ad suā existentiā dependeat ab anima intellectua, vt si nullus esset intellectus, nullū esset tēpus. Et arguit ad partē affirmatiā: estq̄ notandum argumentū, quod procedit a posse ad esse. Si nulla esset possibilis potentia numerans, nullus esset possibilis numerus: quia numerus dicit respectū ad numerantē (est. n. numerus id quod vel actu numerans, vel in potentia est numerabile) & si de facto nulla esset potentia numerans, nullus esset numerus. Potentia autē numerans esse nequit, nisi intellectus, cuius est cōparare mensurā ad mensurātū et cōgerer cōvitas numeri: et tēpus est numerus numeratus: ergo si nullū esset intellectus, nullū esset tēpus. Solutio Aristotelis videtur in hoc consistere q̄ tēpus (accipiendo formaliter vt dicit numerū) nō esset, nisi intellectus esset: accipiendo autē materialiter pro re que est tēpus, potest esse sine anima: nā motus, qui est res que est tēpus, est sine anima. Et hoc est quod ait. [Ali] si hoc quod aliquando existens tēpus est, vt si contingit motū esse tēp⁹. Id est conceditur tēpus formaliter non esse sine anima: nūlū materialiter hoc: id est illa res que aliquando existit tēpus: puta motus, qui subiecto est idē q̄d tēpus. Quod nos. q. 4. notamus ad probandum tēpus et motū idē esse realiter. Quod tandem est dicere. Illa que sunt pri⁹ et posterius in motu sunt sine intellectu: q̄ tā sunt numerabilia vt due hore, due dies, habēt ab aia. Hoc aut. q. 4. numerosius examinamus.

Dubitauerit autem aliquid: & qualis motus, numerus tempus sit / an qualiscūq̄. Etenim generatur in tempore / & corrumpitur: & augmentatur / & alteratur in tēpore / & fertur. Quatenus igitur motus est: eatenus est vniuersicūlū motus/ numerus. Quia propter ipsius motus simpliciter est numerus continuus/ sed non cuiusdam: sed est nūc motum esse & aliud/ quorum vtrūscūlū motus erit numerus. **A**lterum igitur tempus erit: & simul duo et equalia tempora erunt/ an non? omne nāq̄ tēp⁹: vnum similiter & simul est, specie autem: & quae non simul. **S**i enim sint hi canes/ illi vero equi/ vtrūq̄ autem septem: idē numerus est. sic & motuum simul terminatorum: idem tempus est. sed hic quidem/ velox fortassis: aliis vero/ non. & hic quidem/ loci mutatione est: aliis autem alteratio. tempusta men idem est: siquidem & numerus et equalis sit, & alterationis & loci mutationis, & simul sint. Atq̄ propter hoc, mot⁹ quidem alteri, & seorsum sunt. tempus autem, vbiq̄ est idē: quia & numerus vnuis & idem vbiq̄ est, qui est et equalium & simul.

Utrū tēpus
depēdeat
ab oia.

Tempus
et motus
idē realit.

Textus
cxxxij:

Quarti

physicorum.

CParticula tertia huius capituli in hoc tex. 132. is et in duobus sequentibus. **U**bi philosophus, ut extremam huic rei manu imponat, iustificat subiectum in quo sit tempus. **M**ā cū sit numerus motus: motus autem sunt spes multe (ut alteratio, augmentatio etc.) dubitatio est sit ne in quocumque motu suu propriu tempus, an sit potius motu vniuersorū vnu tempus. **E**t arguit qd in singulis motibus sunt tempora singula. **O**mnis generatio et omnis deniq; motus est in tempore (verba n. illa generaliter accipiuntur impersonaliter in quantitate. vnuquisque motus est motus, in tantu hēt numerū prioris et posterioris (qd est habere annexū tempus) ergo tempus est numerus motus simpliciter. i. in genere: ut comprehendat omnē motū singularē, et non solū est particulariter numerus cuiusdam motus, puta primi mobilis. **L**ū ergo sit vnu motus et aliis motis. i. cū sint plures motus, sequi ut sint quoq; plura tempora. **I**lluc autē. [Alterū igitur tempus.] arguit ad oppositū interrogāteryt selet. **S**i. n. (inquit) tempora multiplicētur secundū multiplicationē motū, sit ut simul sint duo tempora equa/ puta due hore, vna qua ego lego, et altera qua alter similegit in alio gymnasio, et simul duo dies martis et duo mēses octobris: qd est impossibile. **A**lit equalia/ quia multa tempora quoq; vnu est pars alterius sunt simul, et puta dies mēsis etc. **N**on autē sit impossibile, pbat: qd omne tempus, qd simul et similiiter est, vnu est numero, et hec hora tertia qua ego scribo est eadē numero qua quocumque res mundi mó operatur aut est: et hec dies est vnu numero tempus in toto orbe. **L**i et antipodis sit nox. **E**t illa tempora equalia que nō sunt simul nō sunt idē numero, sed tñ sunt idē specie: vt annus presens et annus preteritus: si autē sint inequalia, et mēsis et annus, sunt quodāmō diverse species, sicut bicubitus et tricubitus in genere quantitatis, vñ. q. 4. explanamus. **A**ffert exemplū simile in numero. **S**eptē (inquit) canes in eodē penitus numero septenario sunt quo se pte equi, tamē res ipse numerate specie differant: eūdē. n. numerū dicimus esse elementorum qui est et primā qualitatū, puta quaternariū. **L**icet illa substantia sint, he vero qualitates. **E**odē igitur (inquit) nō vniuersorū motuū que hodie sūt in orbe ab eodē nūc in idē nūc. (s. ab ortu solis usq; ad occasum) idē est tempus. **L**icet aliis sit motus alterationis, aliis localis, aliis velox, aliis tardus. **E**t ita licet motus sint alteri. i. diversi, vniuersus temporisynus est equaliū durationiū que sunt simul.

Textus **C**oniam autem est loci mutatio, & huius circularis, numeratur autem vnuquodq; vno quodā congēne, vnitates vnitate, equi vero equo: sic & tempus tempore quodam finito (mensuratur autem, sicut diximus: & tempus motu, & motus tempore. hoc autem est: quia a determinato motu tempore, mensuratur & ipsius motus quantitas & temporis) si igitur primum mensura omnium congēnorū est: circulatio regularis, mensura maxime erit. quia numerus huius: notissimus est. Neq; igitur alteratio neq; augmentatio neq; generatio: regulares sunt, loci autem mutationis: est. **C**uapropter et videtur tempus esse sphere motus: quia hoc mensurantur alijs motus, et tempus hoc motu. **P**ropter hoc autem: et quod consuetum est dici, accidit, dicit enim circulum esse, humanas res: et alio

rum motum habentium naturalem, et generationem, et corruptionem. hoc autem est: quia hec omnia tempore disiudicantur, et accipiunt finem et principium, ac si secundum quandam circulationem sit. etenim tempus ipsum: esse videtur circulus quidam. **H**oc autem rursus videtur: quia huiusmodi loci mutationis mensura est, et mensuratur ipsum ab huiusmodi. **Q**uare dicere rerū eas que sūt, esse circulum, est dicere temporis esse quendam circulum. **H**oc autem est: quia mensuratur circulatione. Preter enim mensuram nihil aliud videtur esse mensuratum: qd multæ mensuræ / totum.

CPostq; ad vtrāq; partē dubitationis disputauit, in hoc sequenter tex. 133. concludit tempus vnicū esse omnū motuū, quod subiectum est in primo mobili. **Q**uā conclusionē tribus testimonys corroborat. **P**rimū hoc syllogismo. **V**nūquodq; mensuratur mensura cōgenae. i. eiusdem secū rationis, et que sit primū simplicissimum ac notissimum sui generis: motus primi mobilis est eiusdem generis (puta eiusdem predicationi) cum alijs omnibus motibus, estq; omnū p̄mus, simplicissimus adq; notissimus: ergo ille est mensura aliorū omnīū: rursus iam dictū est texu. 112. et motū tempore mensurari et vicissim tempus motu (et ratio, inquit, est quia quantitas tā motus qd temporis mensuratur et cognoscitur a motu, determinato tempore. i. per motū cuius mensura est tempus) ergo prima omnū motū mensura: atq; adeo omnū tempus est numerus et mensura illius primi motus. **A**lio: ē primi syllogismi ex professo probat. **P**h. 10. meta. tex. 3. exemplis plurimis: vt numerū vnitate tanq; indubitate et simplicissimamēsura metimur ut equorū numerū uno equo multiplicato, et stadiū pede: et inter alia subdit illuc: et motus omnes velocissimo motu primi mobilis. **Q**uod enim ille motus sit omnū primus, manifestū est, cum sit omnū causa. **Q**uod autē sit simplicissimus, patet quia numeri irregulares et difformes sunt veluti cōpositi ex dissimilibus partibus, motus vero celi propter suā uniformitatem est simplicissimus. **E**t ideo habet se inter motus: sicut vnitatis in numero. **E**t qd sit notissimus, patet ex motu solis per quē iudicamus de duratione nostrarū operationū. **E**t ita concludit qd neq; alteratio neq; augmentatione neq; generatio erit tempus: quia nullus istoz motus (eo qd sunt rerū corruptibiliū) esse potest ita continuus aut ita vniiformis et regularis. **P**retermisit (arbitror) nominare motū locale rectū tanq; manifeste irregularē: si enim sit naturalis, velocior est in fine qd in principio: si vero violentus, econuerso. **M**erito solus motus celi, quia est corporis incorruptibilis et ab intelligentia fatigari nescia, vniiformissimus est. **S**ecūdo confirmat conclusionē testimonio eoz ipsorum qui in hac parte errabant, dicentes tempus esse motū sphere. **H**ac enim ratione id opinabantur, quia per illū motū certi efficimur ac iudicamus de duratione nostrarū mutationū. Non tamen tempus attingebant, vt intelligerent, non motū illū, sed numerū prioris et posteriores illius, esse tempus. **T**ertio eandē conclusionē manifestat sententia illa que vulgo circulatur: scilicet res omnes humanas et in vniuersum generationes corruptionesq; rerū omnū naturaliū in circulo perpetuo esse: verbū enim hoc inde dimanavit qd omnia diudicantur tempore, quod mensura est circularis motus: et ideo idē est dicere eas esse circulum, ac si dicaretur tempus carū

esse circulū. Et enim preter illā (inquit) primā mensurā, nihil aliud videtur esse mensuratū, q̄ vñū totū refutās pluribus mensuris. Et enī vt vñus passus nihil aliud est q̄ pes quinques multiplicatus, et vñū stadiū nihil aliud q̄ 125. passus, ita vita decē annos nihil aliud est q̄ decē circulatiōes continue solis sub zodiaco.

Dicitur autem recte / & q̄ numerus quidē est idē ouium & canum: si æqualis vterq; sit. denarius autem non idem: neq; decemeadē: sicut neq; trianguli idem: æquilaterus inq; & scalenus. & tamen figura eadem est: quia ambo trianguli sunt. idem enim dicitur: cuius non differt differentia/sed non cuius differt. vt triangulus:trianguli differentia differt (dūversi enim. trianguli sunt) figuræ autem/non: sed in vna & eadem diuisione. figura enim/talí quidem círculus est: talis vero/ triangulus. Huius autem talis quidem est æquilaterus: talis vero scalenus. figura igi-
tur eadem & hæc. triangulus enim est. trian-
gulus autem: non idem est. Et numerus igi-
tur eodem modo. non enim differt numeri differentia: numerus horum. denarius autē: non idem est. in quibus enim dicitur: dif-
frent. hæc enim/canest alia vero/equi sunt. Et de tempore quidem & ipso & de ijs quæ cir-
ca ipsum/cōsiderationi sunt p̄pria: dictū est.
In textu hoc deum. 134. postremo huius libri, quo
apertius exponat id quod paulo ante dixerat, nempe
eundem esse numerum de cem ouium aut equorum, qui
est decem canum, licet non sit idem denarius, ponit do-
cumentum attētione certe et memoria dignū, vt appo-

sit de identitate et diuersitate rerum congrueq; loca-
mūr. Sit enim q̄ decē oues sunt idem numerus qui de-
cem canes, non tamen idem denarius. Et ita sane loqui
mur dicentes longe aliud esse hunc binarium, probis
ac sapientibus duobus hominibus indicatis, q̄ illum,
videlicet quo improbos aut ignaros designamus. Extra-
tio est, quia genus remotum cum nota vnitatis vel idē
titatis predicitur de speciebus remotis que sunt sub
genere inferiori: attamen genus proximum non predi-
catur cum tali signo vnitatis, aut idētitatis de suis pro-
ximis speciebus. Subdit exemplum in mathematicis.
De duobus triangulis quorum alter est equilaterus al-
ter vero scalenos, idest inegalium omnium laterum,
affirmamus q̄ sunt eadem figura. Et ratio huius est
quia figura non diuiditur immediate per has differen-
tias/equilaterus/et scalenos, & ideo ratio figure manet
eadem in ambabus speciebus. Negamus tamen q̄ sint
idem triangulus, propterea q̄ triangulus immediate
diuiditur in equilaterum et scalenum: atq; adeo ratio
trianguli non manet eadem in illis, vt contracta per il-
las differetias. Et hoc est quod hic ait Aristoteles [idē
enī dicitur cuius non differt differentia, sed nō cuius
differt rē.] trianguli enim illi duo, triāguli differentiis
differunt: non autem differentiis figure, que sunt circu-
laris, aut triangularis rē. **H**inc sequitur ad maiorem
explicationem q̄ genus quocunq; predicabitur de in-
diuiduis eiusdem speciei que sub illo continētur. Nam
duo equilateri non solum sunt eadem figura, sed idem
etiam triangulus: non tamen sunt idem equilaterus,
quia species materialiter diuiditur per diversa indiui-
dia, sicut genus formaliter per suas differentias. Eo
dem modo possumus dicere q̄ Petrus et Paulus sunt
idem animal, non tamen sunt idem homo. Petrus ta-
men et Brunellus non sunt idem animal, tametsi dici
possint idem corpus. Sermones isti fateor non sunt vñ-
tati apud iuniores, sunt tamē vere philosophici, & ap̄d
antiquos celebrati, et merito ad vñsus plurimos obser-
vandi. Eodem ergo modo motus omnes. s. alteratio,
generatio, et augmentatio, et motus localis eodem te-
pore conueniunt quod est omnium mensura: tametsi nō
sint idem motus.


Cfinis quarti libri ph̄sicoꝝ.

¶ Reuerendi patris Dominici

Soto Segobiensis theologi ordinis praedicatorum super quintum Physicorum Aris totelis Comentaria.

DE DIVISIONE MOTVS IN SVAS SPECIES. CAP. I.

Tex. i.



RANSVNTA-
tur autem quod trās-
mutat̄ omne: hoc
quidem secundū
accidens / vt cum
dicimus musicum
ambulare quoniā
eui accidit inuisi-
cum esse/hoc am-
bulat. hoc autem
ex eo quia huius
aliquid mutatur: simpliciter dicitur mutari:
vt quæcunq; dicuntur secundum partes. sa-
natur enim corpus: quia oculus/aut thorax.
Hæc autem: partes sunt toti corporis. Est au-
tem aliquid quod neq; secundum accidens
mouetur/neq; ex eo quia aliqua partium ip-
sius: sed ex eo quia ipsum mouetur primum:
& hoc est secundum se ipsum mobile. Secun-
dum alium autem motum/alterum est: vt al-
terabile. & alterationis/sanabile & calefacti-
bile: alterum.

In quatuor superioribus libris tractatū est de motu
absolute et de his que ad eū pertinēt, puta de p̄ncipijs
eius et causis, de eiusq; quiditate, atq; adeo de loco qui
est mēsura mobilis, et de tēpore qđ est mēsura mot⁹. In
reliquis vero q̄tuor agit̄ de motu cōparatiue: nēpe in
hoc quinto cōparat̄ ad suas p̄tes subiectivas, diuidit̄
n. persuas sp̄es: in sexto cōparat̄ ad suas p̄tes quan-
titatis: in reliquis vero duobus comparatur ad mo-
torē. Liber autem iste: qui in sex capita diuiditur, et secū-
dū Comentato. in textus. 63. (licet in calce ad sc̄ian̄ alij
duo qui nō sunt in greco) diuiditur in tria precipua mē-
bra. In duobus. n. priorib⁹ capitulis vñq; ad tex. 20.
enarrant̄ sp̄es motus, explicaturq; ad que predicanen-
ta sit per se motus: in duobus sequētib⁹ vñq; ad tex. 45.
agit̄ de unitate et diversitate mot⁹: in duobus reliquis
capitulis de contrarietate motus. In cap. i. qđ. 10. tex⁹
cōtinet duo facit Phī. In sex. n. textib⁹ prioribus distin-
git̄ diuersas acceptiones et mutationes et motus, in
quarto vero sequētib⁹ distinguit sp̄es mutationis in ge-
nere anteq; in sequenti cap. distinguat p̄priam sp̄es mo-
tus. Proponit ḡ in hoc. i. texu. distinctionē mot⁹ trimē-
brē ex parte mobilis. Ait. n. qđ eoz que trāsimutant̄, ali-
qua trāsimutant̄ per accidēs: vt cū dicimus musicū am-
bulare: qđ non est de rōne ambulātis vt sit musicus, sed

accidit ei: animal vero est necessarii subiectū ambula-
tionis. Et autem que per se mouent̄, alia mouēt̄ nō
per se primo, sed rōne partis: vt cū hō sanat̄ secundū ocu-
lū, aut sc̄bz thoracē. i. pectus, simpl̄r d̄ sanari: l3 sanet̄
solū sc̄bz partē. Alia sunt que mouent̄ neq; sc̄bz accidēs
neq; sc̄dm partē, sed perse primo vt cū equus ambulat
vel augeſ vel caleſit. Et iste motus est qui variatur sc̄bz
species. i. alterationis, augmentis, aut motus localis.
Subiungit autem. Secundū aliū autem motū/alterum est: vt
alterabile. i. sc̄bz qđ motus est aliū, ita et subiectū est
alterū: nā subiectū sortit̄ nomē et speciē a motu. Si. n.
motus differunt genere subalterno, ita et mobilia: vt qđ
alteratio est alia sp̄es subalterna, qđ augmentatio et mo-
tus localis, alterabile est altera sp̄es qđ augmentabile: et
mobile localis, altera. Ut et celū est mobile localis, l3 nō
sit mobile alia specie motus. Et [Alterationis] (inquit)
sanabile et calefactibile: alterū]. i. qđ alteratio rursus
diuidit̄ in alias sp̄es, puta sanationem et calefactionē,
ita et sanabile est aliud a calefactibili. Hoc est dicere qđ
alterabile idē est qđ mobile motu alterationis, et sanabili
est mobile motu sanationis: et augmentabile est im-
mobile motu augmentationis z̄.

¶ Est autem & in mouente: similier, aliud. n. Tex. i.
secundum accidens mouet: aliud vero secum-
dum partem/ ex eo quia partium huius ali-
qua, aliud vero: per se ipsum primum, vt me-
dicus quidem sanat: manus vero percūtit.
¶ Ad rōne qua diuisit mobilia, diuidit in tex. hoc. 2.
mouētia. Et. n. que mouēt, aliud est mouens per acci-
dēs: vt musicus edificat aut sanat: aliud vero per se nō
primum: sed secundū partē: vt cū quis manu percūtit: aliud
vero quod simpliciter per se primum mouet: vt cum medi-
cus sanat: quod enim homo facit secundū intellectum,
non secundū partē, sed secundū se totū facit.

¶ Quoniam autem est quidem aliquid mo- Tex. ii.
uens primum/ est autem aliquid quod moue-
tur/ ad hæc in quo tempus / & præter hæc ex
quo / & in quod (omnis enim motus: ex quo-
dam / & in quiddam. alterum enim est quod
primum mouetur: & in quod mouetur / & ex
quo, vt lignum: & calidum / & frigidum. ho-
rum autem / aliud quidem quod: aliud vero
in quod / aliud autē ex quo) manifestum est
igitur qđ motus in ligno est, nō in specie. neq;
enim mouet/ neq; mouetur species/ aut locus
aut ipsum tantum.

¶ Similē diuisiōne qua mobilia mouētiaq; diuisit, in-
tendit facere ex parte tēpō ad quēs est motus. Premit
tit autem in hoc tex. 3. explicare quid est id cui per se co-
uenit ratio motus, et proprie moueri. Quinq; enī sunt
(inquit) que in motu est cōsiderare: que sunt, mouēs, et
subiectū

subiectū qd mouef, et tēpus in quo sit motus, et preterea tēpus a quo, et terminus ad quē. Inter que duas facit cōparationes. Primo comparat subiectū ad vtrūq; terminū, dicens id qd mouet alter esse, et a tēpo ad quē, et a termino a quo. Ut in calefactione ligni tria cōsidēramus. s. frigidū, et calidū, et lignū qd successiue subiectū vtrūq; qualitatī, dū lignū ex frigido fit calidū. Non solū ergo intelligit qd lignū distinguere realiter a frigiditate et caliditate (qr hoc nihil esset dicere) sed loquitur in cōcreto qd lignū in quātū lignū alter est qd lignū in quātū frigidū aut in quantū calidū. Et hoc est quod subdit [Manifestū est qd motus in ligno est, nō in specie]. i. id qd proprie calcit, neq; est frigidū neq; calidum sub tali ratione, sed lignū. Specie. n. appellat formā: et eam que corrūpit, et eā que acquirit: vel subiectū sub tali forma. Docuit nāq; lib. i. huius. tex. 61. qd subiectū proprie enunciāt in recto: vt hō fit niger, sed tēpus a quo propriū explicat in ablativo: vt dicamus / ex albo fit nigrū / postūq; / albū fit nigrū. Et ratio est qr subiectū manet sub tēpo ad quē: priuatio aut (que est tēpus a quo) nō manet. Cōcludit ergo qd neq; spēs (s. nec tēpus a quo, nec tēpus ad quem sub hac ratione) mouet. Neq; locus in quo vel ad quē fit motus: vt lib. 4. huius tex. 41. determinatū est. Addit qd nec tēpus mouet (vt patet ex dictis in trac. De tēpore) neq; mouens ipsum in quantū mouens. vt lib. 3. tex. 16. et 17. cōstat. Ex quib; colligit qd ex omnibus que requirunt ad motū solū subiectū mouetur: atq; adeo illud solū, quatenus successiue est sub vtrūq; tēpo, mouet.

Textus **iii.** **S**ed est mouens / & quod mouetur / atq; in quod mouetur. Magis autem ab eo in quod / qd ex quo mouetur: denominatur mutatio. Quapropter & corruptio: in id quod nō est / mutatio est. quāuis & ex eo quod est mutetur: quod corrūpit. Et generatio in id qd est: quāuis ex eo quod non est.

Tex. **ii.** **I**n tex. 4. cū duos tēpos statuisset motus, docet a qd illorū motus sortiātē denominationē et specie: dicēs qd illā sortiā, nō a tēpo a quo, sed a tēpo ad quē. Lū. n. ex frigido fit calidū, l3 tēpus a quo sit frigiditas, nō tēpo ille motū dī frigefactio, sed calefatio: et ecōuerso cū ex calido fit frigidū, nō dī calefatio, sed frigefactio: et cū ex semine sit aīal, l3 corrūpātūlīc semē, nō tēpo dī simplr corruptio, sed gūatio. Corruptio autē (inquit) denominatā tēpo a quo. Illa diceat corruptio cū addito. s. corruptio semi- nis: et cū ex frigido sit calidū, dī corruptio accidētālis. s. frigidū aut frigoris: et cū ex ligno gūafignis, dī cor- ruptio ligni et gūatio ignis: qr corruptio vni⁹ est gūatio alteri⁹. At vero qr corrūpitūr viuēs, vel mīstū aliō p de- fectū, l3 generet forma cadaverī, aut alia imperfectior, tēpo simplr denominabī corruptio: vt cū aīal morī, aut arbor arescit: qr forma nō gūatur, nisi via corruptionis.

Textus **v.** **Q**uid igit motū sit: dictū est prius. Spēs aut & passiones / & locū / ad que mouent ea qd mouent: immobilia sunt. vt scientia & calor. Attamē dubitabit aliq;: si passiōes motū sūt albedo aut: passio est. erit, n. ad motū: mutatio. sed fortassis nō est albedo / motus: sed de albatio. **E**st aut & in illis & qd est secundū accidētē: & qd est secundū partē atq; secundū aliud / & qd primo est & nō secundū aliud. vt qd fit albū: in id qd intelligit / mutatur secūdū accidētē. colori. n. accidit: intelligi, in colo-

ré autē: quia albū / pars est coloris. & in Euro- pā: quia pars Europæ / Athenæ sunt. In albū autē colorē: per se mouetur / & quomodo secundū accidētē / & quomodo secundū aliud aliquid / & quomodo idem primū & in mouētē est / & in eo qd mouet: manifestū est. & qd motū nō est in specie: sed in eo qd mouetur & mobilis secundū actū. **D**uas p̄ticas hēt tex. hic. s. In p̄ma insinuat quādā dubitationē qd ex prime dictis suborit. Attingit qd sit motū dictū est p̄us. Est. n. via et acq̄satio tēpi, vt lib. 3. dictū est. Spēs aut et passiones: puta forme et qualitates: et locū (vt mō dicebat) sunt res imobiles: ad quas mobilia mouent. Dubitatio & est. Lū motū (vt nomē presertim) idē sit qd passio quedā: et albedo itidē videat esse passio (est. n. accidētē quo res patit) sequit qd et albedo erit motus: et cū ad albedinē sit motū (nā dealbatio est motū ad albedinē) sequit qd ad motū sit motū: qd infra tex. 12. p̄babit esse impossibile: alias idē esset via et tēpus. Nādet qd fortasse albedo nō est motū, s̄ dealbatio. Fortasse (inquit) nō qr dubitet, s̄ qr ille est modū eius p̄p grāvitātē rāndendū: aut qr nondū de hoc disputavit. Quo fit vt alibi motū, qd forma, sit dicēdū passio. Nā forma (vt albedo) de se nō dicit qd sit in fieri: dealbatio vero significat albe- dinē vt est in fieri, r̄ iō alia ērō forme & alia motū. vt li. 2. . q. 1. dictū est. **I**n sc̄ba pte tex. **ii.** **E**st autē r̄c. Expli- cat similiē divisionē cōuenire tēris motū, illis que assigna- te sunt mobilib; & mouētib;. Dī. n. mobile moueri in ali- quid tangēt in tērum: et sc̄bz accidētē, et sc̄bz partē, et p̄ se p̄mo. Exēplū p̄mi, vt si nigrū qd forte nō intelligebat, mutatē in albū qd tēc intelligit, p̄se mutatē in albū, p̄ ac- cidētē vero mutatē in id qd intelligit: qr accidit (inqt) al- bo intelligi. Bonit, vt consicio, hoc exēplū: qr color est quidē p̄ se obiectū sensus, nō tēpo sub illa rōne est obiectū intellectū, s̄ in quantū ens, cui accidit esse albū. Exēplū secundi. Si qd a Thebis p̄ficiatā Athenas, p̄ se quidē mouet Athenas: mouet autē in Europā rōne p̄tis. Nā Athene p̄tes sunt Europe. Nō subdit tertū exēplū de p̄ se p̄mo: qr in his duob; est exēplū. Eadē exēpla sunt de tēpo a quo. Sic qd mouet a nigro mouet ab eo qd nō intelligit ad id qd intelligit: et qd mouet Athēb; mouet quodāmō ab Europa rōne p̄tis. S̄ posuit ea in tēpo ad quē: qr inde motū sortiātē specie. Cōcludit & satis dictū esse quomodo mobilia, mouentia, et termini diuiden- tur per se et per accidētē: et preterea quomodo ex omni- bus que cōcurrunt ad motū, solū subiectū est id in quo est motus: atq; adeo id dūtārat cēsetur p̄prie moueri.

Que igit sc̄dū in accidētē ē / mutatio: dimit- **T**extus tatur. est. n. & in omnib; & semp & omniū. vi.

Que vero nō sc̄dū in accidētē: non est in omni- bus: sed in cōtrariis, & mediis & in cōtradi- tione. Huius autē fides: ex inductione est. Ex medio aut: mutatē. vt iē. n. ipso vt cōtrario: ad vtrūq;. Est. n. quodāmō mediū ipsum: extre- ma. **Q**uapropter & hoc ad illa / & illa ad hoc: quodāmodo dīcuntur contraria: vt mēse: gra- uis ad netē, & acuta ad hypaten. Atq; fusciū: album ad nigrū / & nigrū ad album.

Cer his differetib; mobilū sit in hoc tex. 6. trāsilien- da esse ac preterea mōuentia mobiliaq; ac terminos per accidētē motus. Nā scientia habet finitos prescri- ptosq; terminos quib; claudit: ea vero que sunt per ac-

Abot⁹ nō
est nisi in
cōtraria;

cides nō sunt terminata: sed infinitis possunt modis contingere. Et hoc est qđ ait. [Est. n. et in omnibus. / s. terminus) et semper (i. quotiescum sit motus) et omniū (puta mobilitū.) Exempli gratia. Ex musico per accidēs potest fieri albū, et sapiens, et magnū, et quicunq; alijs termini: et isti termini possunt fieri per accidēs ex quibuscum alijs. Per se autem nihil fit, nisi ex suo proprio: qđ lib. i. hui⁹ tex. 43. docuit Ph. vt albū per se sit ex nigro, et calidū ex frigido. Subiungit autē qđ medie qualitates cōtrarietatē hēnt quandā ad extrema. Albū. n. sit p se ex nōalbo: puta ex nigro, aut medio colore colorato. Et hoc est qđ subdit. Ut mese grauis est ad neten, et acuta ad hypaten. Seruauit interpres voces grecas. Abesse. n. idē est qđ media: et cū absolute ponitur, accipit p̄ media chorda lyre. Nete est acutissim⁹ sonus prime chordae: hypate vero est sonus grauis ultime chordae. At qđ media quodāmō contraria vtriq; extremo: nā est grauis respectu prime, et acuta respectu ultime. Si cutifuscū est albū respectu nigri, et nigrū respectu albi.

quod perfectio horū cōsistit in indiuisibili, sicut nō est p̄transcendētia sufficiēs ad motū, ita neq; medium quod possit p̄transcendēti per motū. ut. q. i. dictū est. Interessit tñ media spēs ut ternarius inter binariū et quaternariū, et equus inter canē et hoie. **C**ontinuum deniq; inquit est quod cōtiguū quodā est. i. cōtiguū rōne proximū. Ea. n. sunt cōtinua quoq; tr̄us vnum et idē est quo illa cōtineantur. ut nōmē inquit sonat. Contineri. n. idē significat quod a se inuicē simili teneri. Qd̄ esse inquit nō p̄t si sint duo tr̄ū in actu. Exempligra. Duo ligna in actu sunt que actu sunt terminata et diuisa: et per pīs habent duos tr̄os, puta duas superficies distinctas: atq; adeo tūc sunt cōtigua, cū suae pīficies ille extreme sunt simul. ut tex. 22. exponebam⁹. Due autē medietates eiusdem ligni sunt cōtinue, quod vbi se tāgunt non habent duas superficies in actu, sed vna est vtrīq; cōmuni.

Textus
xxviij.

Choc autem determinato, manifestum est/ **T**extus quod in ijs est continuū, ex quib; vnum quid aptum natura est fieri secundum cōtactū. & ut deum fit cōtinuum, vnum, sic & totū/vnū erit. ut aut clavo, aut glutine, aut tactu, aut insertu.

Conferat in hoc tex. 27. corolarium quo res lucidior fit. Sequit. n. inquit nō ex quibuscūq; posse fieri continuū, s; ex illis tñ que suapte natura apta sunt fieri secundū cōta eti. i. cōiungi. ut cēlū & ignis, līcīt cōtigua, fieri tñ continuū nō sunt apta: sicuti neq; ignis & aer. Et eo inquit modo quo ex duob; fit vnu continuū, fit et vnu totū. Ubi adnotandū est ut ait hic Lōmen. triplicē cē continuatōne. Alia. n. est artificialis ut duo ligna clavo aut glutine, et duo lapides in pariete cemento calcis & arene continent. i. simul tenent. Et hec ut inquit Them. nō est p̄pria cōtinuatio. Hisi forsitan p̄pore longo cementum vertat in lapidē: tūc. n. ex duob; lapidib; fit vere vnu. ut in ponte apud Alcantarā ego vidi: et ferrū ignitū arena cōspersum forte vere cōtinuaf alteri. Alia est p̄tinatio nālis, ut qñ arboz arbori inserit. De q; est hic duplex (ut coniūcio) exēplū Arist. Sit. n. insertio aut tactu et ap positione: que latine dī/occultatio: aut insitione. Ex his autē dubiu est an fiat vera continuatio, veluti caro ossi per nerū continuaf. Tertia est continuatio mathematica: ut parte/linee continuantur pūcto: partes vero suae pīficies, linea: et partes vtrīq; corporis, superficie.

Textus
xxviij.

CManifestum autem est: & quod primū est id quod consequenter est. quod enīm tangit: necesse est consequenter esse. quod autem cō

sequenter est: non omne/tāgere. **C**Quapropter & in priorib; ratione: cōsequenter est/ ut in numeris. tactus autem /non est. **C**Etsi quidē cōtinuum est: necesse est tangere. Si vero tangit: nondnm continuū est. non enim necesse est vnum esse ipsorum extrema: si simul sint. sed si vnum sunt: necesse est simul esse. **Q**uare vltima consitio: secundum generationem est. necesse est enīm tangere: si consista erint extrema. Ea vero que tangunt: nō omnia consista sunt. In quib; autem non est tactus: manifestū est/ quod neq; est cōsilio in his. **C**Consequenter in tex. 28. cōparat prefatos inuicē tr̄os. Primo, cōsequenter (inquit) se hēre prius natura est quod se tāgere: p̄sequenter. n. se hēre solū dicit ordinē, līcīt inter

Lōtinū
tio triple

si: spatiū et distantia: tāgere/vero supra / cōsequēter se habere/ addit, vt vltima sine medio sint simul. Quocirca omnia cōtigua consequēter se habēt: non tñ quecūq; cōsequenter se hēre, qz vltius est et prius qz se tāgere, inuenitur in ijs que sunt priora sc̄d rationē, vt puta in numeris. Numeri. n. cōsequenter se habēt, sed non se tangunt. Tactus nāq; p̄prie quenit quātitati cōtinue. Ratio autē numeri est prior qz ratio quātitatis cōtinue, qz est simpliſior vt. i. post. super. tex. 41. exposuimus: qz numerus abſtrahit a cōtinuitate. Que quodāmō se hēt vt materia intelligibilis, vt habeat. 7. meta. tex. 35. Qm̄ cōtinuatio est cōdictio rerū materialiū: et ideo in angelis reperiſ numerus: nō autē continuitas. Secūdo cōparat contiguū ad continuū, dīces qz quē admodū consequenter se hēre/superiū est qz se tāgere, ita et se tāgere, qz cōtinuū esse. Quecūq;. n. cōtinua necesse est vt se tāgāt: non tñ quecūq; se tangūt cōtinuāt esse possunt. Non. n. quecūq; se tangentū necesse est extrema esse vnuū, sed fatis est extrema esse simul. vt p̄z in celo et igne et in equo et sella. At quecūq; extrema sunt vnuū necesse est a fortiori: vt sint simul. Probat exēplo rami qui arbori inseritur. Ut. n. coalescat et cōtinuerit arbori necesse est vt tangat arborē. Non tamē si tangat, statim sequitur vt recipiat humorē et coalescat, quia non quecūq; arbor apta est cuius conseri.

Textus xxix. **Q**uare si est punctum & vnitas/qualia dīcūt separata: nō possibile est vnitatem & pūctum/esse idem. his enim inest tangere: vnitatisbus autem/ esse cōsequenter, & inter hec quidem: contingit esse aliquid. omnis enim linea: inter puncta est. inter illas autem: non est necesse. nihil enim: est inter dualitatem & vnitatem. **Q**uid igitur est simul/et sepātū/& quid tangere / & quid inter / et quid consequenter/ & quid contiguum/ & quid cōtinuum/ & quibus vnuūquodq; horum inest: dictum est.

In texu. 29. elucidationis maioris gratia infert corollariū, qz si punctū et vnitas res essent a corporibus separate (vt erat in opinione Pitagoriciū,) punctū et vnitas nō esset res eadē. Qd dupli ratione ex precedētibus probat. Primo, qz his. s. pūctis, contingit se tangere. Ut p̄z in duobus punctis extremis duarū linearū que sibi essent cōtiguae: vnitatisbus vero, licet contingat consequēter se habere, non tamē se tāgere. Ternarius enim in rōne numeri, vt abſtahit ab hoc et ab illo corpore nō tāgit binariū. Secūda ratio est qz inter duo puncta (immō inter quecūq; cōtinuatiua) intercedit mediū, puta linea. Inter vnitates autē non est necesse aliquod esse mediū. vt p̄z inter vnitatē et binariū. In texu deūm. 30. nihil aliud sit qz dictoꝝ epilogus. Sequitur statim caput quartum.

DE VNITATE ET DIVERSITA TE MOTVS. CAP. IIII.

Textus xxxi. **N**VS AVTEM MOTVS: DICITUR multipliciter. vnum enim: multipliciter dicim⁹. Genere igitur vnuū est: secūdum figurās predicamentū. Locū enim mutatio: omni loci mutationi/ genere vnuū est, alteratio autē: a lo-

cī mutatione diuersus genere est. Specie autem vnuū est: cū genere sit vnuū/& iuī indiū dua specie/sit, vt coloris quidem sunt differentie. Igitur alius specie: denigratio & dealbatio. omnis igitur de albatō. omni de albatō idem secundum speciem erit. & omnis denigratio: denigrationi. albedini autem: non amplius. Quapropter specie vnuū est. dealbatio / dealbationi omni. Si autem sunt quedam/ que & genera simul & species sunt: manifestum est/qz specie quodāmo do vnuū erit, simpliciter autem vnuū specie non. vt disciplinatio: si sciētia species quidē est existimationis, genus autem scientiarū. Post diffinitiones tōrum septē que erant precognitū necessarie, in cap. hoc. 4. (qz quādecim tex. hēt) pergit exponere vnitatē ac diuersitatē mot⁹. Unde in hoc tex. 31. distinguit motū tripliciter esse vnuū veluti res alias vniuersas: nēpe genere, specie, et nūero, vt. s. meta. tex. 12. per ampli⁹ docet. Genere vnuū est motus, qz est eiusdem predicamentū. vt motus ois localis est vnuū genere qz spectat ad predicamentū ubi: et motus ois alteratio nis est itidē vnuū: ad predicamentū pertinens qualitatis: et motus omnis augmentationis itidē vnuū: qz pertinet ad predicamentū quantitatis. Ac denigratio genera, tō vnuū est mutationis genus: qz omnis attinet ad predicamentū substantie. Dictū enim est. 3. huius tex. 4. qz omnis motus, materialiter sumptus, in eo est predicamento, in quo eius tōus. Specie autē simpliciter vnuū sunt mot⁹, quecūq; sunt in eadē specie individua. i. quodāmō termini sunt eiusdē specie specialissime: nā motus a termino sortitur specie. vt qz coloris multe sunt species, ois dealbationes sunt eiusdē speciei: dealbatio vero alterius speciei est qz denigratio. Subiungit autē qz si cut inter summū genus et inseparabilem speciem sunt media quedā, que sunt genera et species subalterne, ita et motus cōtingit aliquando esse eiusdē specie subalterne, licet nō specialissime. vt ois disciplinatio qua acquiritur aliqua scientia est eiusdem speciei subalterne: qz quis alterius speciei specialissime sit disciplinatio theologie, qz medicine, aut dialectice, aut grāmatice.

Dubitabit autē aliquis/ si vnuū specie motus sit: cum ex eodē idem in idem mutetur. **T**extus xxxii. vt vnum punctum: ex hoc loco/ in hunc locū iterum atq; iterum. Si autem hoc est: erit circulatio / recte latōnī eadē/ & volutō ambulationi. An determinatum est/ si id in quo est/ alterum est specie: qz diuersus motus est: circulare autem: areto alterū specie est. Generē igitur & specie motus vnuū: sic est.

Adouet in tex. 32. dubitationē que ex dicti subhoriri detur: an videlicet ois motus qui sunt ab eodem in eundē trūm sint eiusdē speciei. Et arguit pro parte affirmativa. Motus sortitur specie a trō ad quē: si ergo termini sunt eiusdē speciei, motus sunt eiusdē speciei. Pro parte vero negativa est argumentū, qz tūc sequeret motū rectū ac circularē esse eiusdē speciei: nam ab. a. ad. b. pōt̄ else mot⁹ rectus per chordā et circularis per arcū. **R**ūdet in tex. 33. negative. Schz qz q̄ id in quo fit motus. i. spaciū nō est idē, nō sunt eiusdē speciei,

Textus **C** Simpliciter autem unus motus est: qui sub-
xxxiiij stantia unus & numero, est. **Q**uis autem hu-
iusmodi sit: manifestum erit diuisentibus.
tria enim sunt numero, circa que dicim⁹ mo-
tum unum: quod, & in quo, & quando, dico
autem quod: quoniam necesse est esse aliquid
quod mouetur, ut hominem, aut aurum. &
in aliquo hoc moueri: ut in loco, aut in passio-
ne. & quando, in tempore, n. omne mouetur.
C In tex. 34. exponere agredit conditiones requisitas,
ut motus sit unus numero: qui solus dicitur unus:
quoniam est unus secundum substantiam, i. subiectum: que pro-
prie est in individuo. Ad cuius evidentiā considerat tria esse
in motu, puta subiectū quod mouetur, et id in quo moue-
tur: quod est et terminus ad quem (quem appellat passionē) et
preterea (si sit motus localis) spatium seu linea per quam mo-
uetur: nam ex utroque ut modo dicebamus sortitur specie: et tertio consideratur quando, scilicet tempus, quod est
mensura motus.

Textus **C** Horum autem genere quidem aut specie
xxxv. esse unum: est in re in qua mouetur. Conti-
guum autem: erat in tempore. Simplici-
ter autem unum esse: in omnibus his est, ete-
niam in quo est: unum opportet esse, & in-
divisibile. ut speciem. Et rursus ipsum quan-
do: ut tempus unum, & non intermittere. Et
quod mouetur, unum esse non secundum ac-
cidens, ut album nigriscere: & Coriscum am-
bulare. unum autem est: & Coriscus & albū,
sed secundum accidens. neque commune, erit
enim simul duos homines sanari secundum ea-
dem sanationem, ut ophthalmia. sed non unum
hic est: sed specie unus est.

Consequenter in hoc tex. 35. edocet opus esse ad unita-
remotus, ut horum unum quod sit unum atque idem numero.
Adnotat veruntamē prius quod tamen id in quo sit motus. s.
tempus et spatium, quod subiectum, recipit distinctionē, quod potest esse
unum, aut genere aut spatiō: tempus vero non est humōrī distinctionē
capax: quod tempus totū mundi est unus numerus. Et id ad unitatē
motus non requirit, nisi quod tempus sit contiguū et non interpo-
letur. Et forsitan contiguū accipit pro continuo. Subdit
ergo quod unitas motus consistit in unitate horum trū. s. et
ei⁹ in quo sit motus, et temporis, et subiecti. Et primo sub-
iectū debet (inquit) esse omnino unus: non sed accidens,
neque unus commune, sed unus per se et singulare. ut si Coris-
cus albus eadem similitudine tempore ambulet et nigriscat, non
erunt illi unus motus: non solidus quod locus et nigredo non
sunt idem tempus, sed quod neque est idem per se subiectum. Nam quis Co-
riscus et albū eadem res sint: tamē de per se Coriscus non
nigriscat, sed albū: neque de per se albū ambulat, sed Co-
riscus. Rursus si eadem similitudine tempore Socrates et Callias ab eadem egritudine (puta ophthalmia) sanentur, licet
tempus sit idem numero, non tamen est idem numero motus, pro-
pter defectū unitatis subiecti: nam Socrates et Callias
neque sunt quodammodo idem subiectū cōsiderant (eo mō quo p̄lres
hoes sunt in spatiō unus hō) non tamen sunt unus numero. Et in
de prouenit ut neque termini sunt unus numero.

Textus **C** Socratē autem secundū eandē quidē alteratio
xxxvi. nē alterari specie, in alio autē tempore & iterū

in alio, si quidē contingit corruptū iterū unus
fieri numero: erit & hic motus unus. si vero
non: idem quidem erit unus autem non.

C In tex. 36. mouet dubitationē unā ex parte subiecti.
Mēpe cū Socrates hodie sanat ab ophthalmia: qua p̄-
dita iterato cras eandē in spatiō sanitatis recuperat, utrum
idem est numero subiectū virtus. Non explicat rationē
dubitādi. Si inquit) contingit corruptū iterū unus fieri
numero, erit unus simplis motus: si vero non idem numero
redit, erit quidē idem motus. s. in specie, unus autē simplis
s. numero non erit. Sunt qui hoc quod est corruptū redire
referant ad terminū, s. sanitatem: inter quos est. S. Tho.
At vero. Themist. refert ad subiectū. Quod verissimum
est: nā de termino statim mouet simile dubitationē. Et
quantū existimo, quod dixerat ad unitatē motus requiri
unitatē subiecti per se et singulariter: subiectū dubitatio-
nem ex opinione antiquorū, puta Heracliti et Cratyl.,
quos. 4. meta. tex. 22. opinatos esse (inquit) omnia esse
in continuo motu: et per quā Socratē qui modo sanatur,
et qui hinc ad horam sanatur non esse eundem, sed iam
priorē esse corruptum, et alterum succedere.

CHabet autem dubitationem huius simile: **T**extus
& utrum una sanitas & omnino habitus & pa-
siones substantia sint in corporibus: moueri-
nāq; videntur habentia: & fluere. Si igitur
eadem & una sit mane & nunc sanitas: cur non
etiam cum intermissam acceperit iterum sa-
nitatem? & hec & illa una numero erit?

CSubiectū in tex. 37. dubitationē superiori simile ex
parte trū. An vñz una eadēq; numero sanitas duret per
tempus in homine sano. similiter. n. argueret illi philoso-
phus non esse eandē sanitatem sero, que erat mane: quod om-
nia sunt in continuo fluxu. Quod si quis dixerit cōtra eandē
esse sanitatem (ut est in rei veritate) tunc sequitū vñ qd si
meridie interrupatur sanitas et sero rursus recuperet,
eandē erit sanitas numero: et per quā idem erit numero
motus, quo quis mane sanat, et quo, intercisa sancta-
te, iterum sero sanatur.

CEadem enim ratio est. verum tantum in- **T**extus
terest / qd si duo idem hoc sunt: sicut numero xxxvii
unus / & habitus esse necesse est: unus enim nu-
mero actus: unus numero est. Si vero habi-
tus unus est: fortassis alius non videbitur
unus & actus esse. cū. n. cessauerit ambulans:
non amplius est. ambulatio rursus autē am-
bulante: erit. Si igitur unus & idem est: con-
tinget unus & idem & corrupti & esse se-
pe. Hæc igitur dubitationes: extra presen-
tem sunt considerationem.

CExduabus propositis dubitationib⁹, primā que est
ex parte subiecti non curat hic soluere. Non n. est hic lo-
cū disputādi an omnia sint in continuo fluxu: sed hac re-
lecta cōpinione suponit eundē esse Socratē sero qui fuit
mane, et eandē fore cras, qd fuit heri, vñ. 4. meta. decernit.

CAd secundā vero dubitationē qd terminus intercidit
tur, respōdet qd quis eadē sit aliquo modo ratio de uni-
tate motus, et de unitate habitus (s. forme vel loci qui
est tempus ad quē) interest vñ inter motū et talē terminū,
qd ab unitate motus ad unitatē termini valet ab unitate termini ad
unitatē motus. Et hoc est quod ait, qd si duo, s. motus illi

quo quis sanat inane et sanat sero. idem hoc sunt, sicut numero unus. i. si sunt idem numero motus, cōsequitur, ut et habitus. s. forma acquisita sit ēt vna: qz vnitatis motus vnitatis inferit termini. Quocirca si eadē sit cōtinua sanatio nō interrupta per totū diē, sicut erit vna numero sanatio, ita erit vna numero sanitas: si vero interrupatur, sicut erūt due sanitates, ita et duo sanatiois motus. Subdit autē qz nō conuertit, ut vnitatis habitus. s. termini inferat vnitatis termini. Qd probat in motu locali. Si. n. quis moueat ad locū. a. et cesante motu alia hora rursus moueat ad eundē locū, idem erit nūero subiectū et tr̄us, non tū erit idem nūero motus: qz deficit vntas tēporis. At vero fortassis nō videbitur. Non qz dubitet, sed qz ille est sibi peculiaris modus loquendi. Probat ergo qz scđus nō erit idem motus numero cū primo: alias (inquit) idem corruptū numero rediret: nā mot⁹ prior, vbi cessauerat, corruptus est. Pd̄t aliter exēplū designari, vt si cū quis mouet ad. a. locū, tātisper pausetur in via, et iterū progređas, licet tūc idem sit tr̄us principali tātē, tūc nō est idem mot⁹ pp interruptionē. Obidēs sunt duo tr̄i. s. ille vbi sit pauza, et deinde postrem⁹.

Text⁹ **C**Quoniam autem cōtinuum omnis motus est: & simpliciter quidem vnum & cōtinuum esse necesse est: si omnis quidem diuisibilis est. & si cōtinuum: vnum. nō enim fiet omnis / cōtinuum omni: sicut neqz aliud vllum cuius quodvis / sed quorum vnum sunt vltima, vltima autem: aliquorum quidem non sunt / aliquorum autem sunt / sed specie diffe rentia & equiuoca, quomodo nāqz tanget / aut vnu fiet: vltimum linee & ambulationis: **C**In reliquis his septē textibus perseverat dilucidius explicare quēadmodū ad vnitatē motus exigū: vt triū vnuquodqz predictorū sit simplr vnu. Atqui syllogism⁹ in virtute est hic. Idē est motus esse vnu, & esse cōtinuum: sed ad continuitatē motus necessaria est et subiecti & tēporis et termini vnitatis: ergo eadē est necessaria ad motus vnitatē. **A**iorē probat annuēdo ad multiplicē acceptionē vnu. Dupl. n. aliquid est vnu: aut qz non est diuisibile in plura. vt angelus: aut qz est vnu cōtinuum: motus autē non est vnu primo mō, cum sit diuisibilis: est ergo vnu sedo mō. Et hoc est qd̄ cōcludit, dicens: si cōtinuum, vnu qd̄ est dicere. Idē est motus vnu esse, qd̄ cōtinuum esse. **H**oc supposito subdit quid requiratur, vt motus sit cōtinuum. At ergo qz cū cōtinua sint quoꝝ vltima sunt vnu, duplič de causa due res cōtinue esse non possunt: nēpe aut qz nō habet vltima. vt duo angelii: aut quia licet habeat vltima, sunt tamen specie differēta et diuersarū rationum. Ut linea & ambulatio non possunt esse continua, quia sunt diuersorum generū: sicut neqz qualitas et relatio, aut relatio et quantitas.

Text⁹ **C**Contigui igitur erunt: & qui neque idē specie/ neqz idē genere sunt. Postqz enim cu currīt aliquis: statim febricitare potest. & ve lutū lampas ex successione: loci mutatio est cōtingua. cōtinua autem: non. Ponitur enim cōtinuum: quorum vltima vnum sunt. Quare contigui & consequenter sunt: quia tempus cōtinuum est. Cōtinuum autem est: quia motus cōtinui sunt. hoc autem est: cum vnu vltimum fuerit amborum.

CSubiicit in tex. 4o. exēpla: dicens, qz motus specie differētes cōtigui esse possunt, seu coherētes et adhibiti alter alteri: tūnū vero, minime. vt cū quis velociter currit pōt cōsequenter febrī: citari nunqz tū erunt motus vnu: qz nō pōt idē tr̄us vtriqz esse cōis. Et pariter cū lāpas ex successione mouēt. Exēplū hoc Themist. ait alludere ad cerealia: que erant Cereris sacra. vbi lāpas dē accensam vnuquisqz proximo traddebat in circulū. Et qz in illo pūcto quo quis ab alio accipiebat fieri nequibat quominus tātisper cessaret motus lāpadis, ait qz lationes ille nō faciebant vnu cōtinuum motū. Alij re ferūt ad illā impressionē methorologicā que dī lancea cadēs. vbi flāma nō cadit cōtinua, seq̄ interpolatim in flāmando grossores ptes exalationis. At re vera neuter istoz v̄ esse sensus exēplū. Tunc qz Aris. intēdit exēplū ponere in motibus diuersarū speciez: tū ēt qz isti mot⁹, nec cōtinui sunt nec cōtigui: siquidē interpolantur. **S**. Tho. intelligit de motu olei sursum per lychnū quo nutritur flāma lāpadis. Qui est cōtinuus flāme lāpadis. **F**orsen (nisi fallor) significans intelligere exēplū de motu locali cōficationis duorū lapidū, quo accenditur flāma: aut de percussione silicis qua accendit ignis: tūc n. motus localis est cōtinuus inflāmationi, non tūc cōtinuum. Hicuntur autē cōtigui (vt subdit Ph.) qz tēporis quo alter succedit alteri non interpolatur, sed est conti nuū: quippe cū in eodē instāti, quo vnu desinit esse, alter incipit. Non tamen sunt cōtinui: qz cum differentia specie, non continuantur per vnu terminū cōmunem.

CQuapropter necesse est: eundem specie es Tex se / & vnuis / & in vno tempore / simpliciter cō tinuum motum & vnum. Tempore quidem: vt non immobilitas intersit. in intermitente enim: quiescere necesse est. Multi igitur / & non vnu motus est: inter quos quies est. Quare si aliquis motus statu intercipitur: neqz vnu est, neqz cōtinuum. intercipitur autem: si in medio tempus est. Eius vero qui specie non vnu est: non. & si non intermititur tempus: tempus enim: vnu est. specie autem: motus aliis est. Motum enim vnu: necesse est & specie vnu esse, hūc autem simpliciter vnu esse: non est necesse. Quis igitur motus simpliciter vnu est: dictum est.

CConcludit ergo tex. 4i. triū vnitates requisitas cē ad cōtinuitatē, atqz adeo ad vnitatē mot⁹. **P**rimo. n. requiritur vnitatis tr̄i et spatiū specifica: alias motus non erūt eiusdē spēi: et per p̄s nec poterūt esse cōtinui. **S**econdū vnitatis subiecti. **E**t tertio vnitatis tēporis. Tēporis, vt nō immobilitas, i. quies intersit. Dū motus. n. quiete inter rūpit, nō est cōtinuum: et per p̄s neqz vnu. **D**autē requirat vnitatis spēi in tr̄is et partibus motus, patet: qz si motus differat specie, l3 vno tēpore cōtinuo fiant, ita vt eodē instāti quo vnu desinit alter incipiat, nō erit motus vnu. **E**t inde cōcludit qz si motus est vnu numero necesse est vt sint oēs ptes eiusdē speciei, nō tamē ecōtrario si motus est eiusdē spēi alteri, erit pīnde idē numero. **Q**d̄ si interroges cur non dixit requisitā esse vnitatē termini numero, sed specie: postqz requiritur vt terminus sit vnu numero. **R**espōdetur qz si tr̄i seu ptes mot⁹ (qd̄ idē est) sunt eiusdē spēi, erūt ēt idē nūero si motus nō interrupatur. **E**t ideo si vnitatis tēporis et vnitatis specifica termini concurrent, terminus erit vnu numero. De vnitate subiecti iam supra dixerat.

Textus **A**mplius autem dicitur unus & perfectus
xliii. siue secundum genus / siue secundum specie /
siue secundum substantiam sit: sicut & in alijs
perfectum & totum ipsius unus est. est autem
quando / & si imperfectus sit unus dicitur: si
solum sit continuus.

Constituto iam in quo consistat ratio unitatis motus
et simili et absolute dicatur unus, subiicit duos alios mo-
dos quibus motus de unus. **Q**ui ut probe adnotat. **S.**
Genit. mul.
apliciter. **T**ho. potius exprimit quandam formam unitatis, qd unis
tate. **E**t ergo qd unus alio id est qd perfectus: eo qd
unus id est qd totum (idem) n. est plures ptes facere unus, qd
facere totum) totum autem id est qd perfectus cui nihil deest.
Ac proinde, vt perfectus recipit magis et minus, ita et
unus. **S**iue scd (inquit) genus, siue scd specie, siue secundum
substantiam. i. numerum. **E**xempla Commentatoris sunt.
Ut inter motus, localis est genus perfectus, atq; adeo
ille est magis unus, qd alij motus. In hoc vero genere,
circularis est perfectior species qd motus rectus. Sed in
hac specie, motus celi est precipuum individualium. Et hoc di-
cit contingit in motibus, sicut in rebus ceteris. **H**oc. n. uno
modo unus, qd perfectus est omnibus suis membris: et pa-
riter dominus est una, qd est absoluta et summa: nihil
de unus h, l, sit manus aut oculis orbis, pp contingit
tate partium. **E**cce modo in motu unitas que provenit ex
continguitate motus sufficit ut dicatur simpliciter unus:
nihilominus tamen qui perfectus est magis unus est. **H**uius
ratione affert Themist. qd prius accedit ad finem: et uni-
tas motus sumit a fine. **I**mperfectus autem non habere ratio-
ne partis: partes vero ad pluralitatem vergunt.

Textus **A**mplius autem aliter preter dictos. dicitur
xliii. mortus unus / regularis: irregularis enim:
est quidem ut non videatur unus / sed magis
regularis ut rectus. irregularis enim: diuisi-
bilis est. Videtur autem differre: sicut magis
& minus. est autem in omni motu: quod regu-
lariter est / aut non. Etenim alterabitur regu-
lariter: & feretur super regulare / ut circulum /
aut rectam. & circa augmentationem similis-
ter / & diminutionem.

Contra ter. 43. subsequitur secundus modus, quo primus
amplius dilucidatur. **A**it. n. tertio modo dici motum unus, eo qd
est regularis. Irregularis. n. et si unus ratione contingit
nihil tamen est unus tanquam individualis. **E**t enim ut inter
substantias uno modo substantia una, qd est unus contingit
et alio modo, qd est individualis. ut angelus (et hec est ma-
ior unitas) ita motus irregularis non est tam unus, eo qd
est individualis in ptes disiformes diversarum velocitatibus: re-
gularis autem est magis unus pp equalitate et uniformi-
tate partium. **U**nde regularis et irregularis de uno se-
cundum magis et minus. Subiicit exempla motus regula-
ris in omni specie motus. Contingit. n. aliquid regulari-
ter alterari: et tamen ferrilocaliter super spatium regulare secun-
dum lineam, vel circularem, vel rectam. **E**t quod spatium est uniforme,
si virtus motu per se est equalis, motus erit uni-
formis. **O**biquidem motus primi mobilis, ut est omnium re-
gularissimus, est et maxime unus. Atque adeo ut individualis
unitas est regula et mensura aliorum motuum.

Textus **I**rrregularitatis autem differentia est: al-
liando quidem in quo mouetur. Impossi-
ble est enim regulariter esse motum: non super re-

gulari magnitudine, ut motus reflexe / aut
spire / aut aliis magnitudinis. quorum quevis
ad quamvis partem minime accommodatur: ali-
quando autem: neq; in vbi / neq; in quando /
neq; in eo ad quod / sed in ipso modo. velociti-
tate enim & tarditate: aliquando determina-
tur. cuius enim eadem est volocitas. regula-
ris est. cuius autem non: irregularis. **C**qua-
propter neq; species motus / neq; differentie
sunt: velocitas & tarditas. quia omnes sequi-
tur differentes secundum speciem. **C**qua-
re: neq; grauitas / neq; levitas que ad idem est.
vt terre / ad seipsum: aut ignis / ad ipsum.

Consequenter ter. 44. duas reddit causas disfor-
mitatis in motu, primum ex parte spati et alteram ipsius mo-
bilis. **U**bi ad notandum est qd disformatas spatii duplex est,
qua causa esse potest disformatas motus. **P**rima ex disfor-
mitate resistente. ut qd est disformiter grossum et subtile:
per partes. n. subtiliores velotius mobile mouet, qd per
eas que magis sunt crasse. **D**e qua hic Ph. non memori-
nit, sed tantum per se notam preterimit. **U**alia est disformatas
figure. **C**elbi secundo notandum est, qd linea aut perse-
cta circularis, aut perfecte recta est uniformis, proterea
qd singule partes et inter se et cum toto sunt eiusdem ra-
tionis. Linee vero aliter quomo docuntur variate, scilicet
aut reflexe causantes angulos, aut biculares ad-
modum serpentis (que latine dicuntur spira)

sunt disformes propter ea qd pars ad partem
minime accommodatur: qd. s. nec partes prime
figure procedunt oes in rectis, ut incipiunt,
nec ptes secunde procedunt pfecte in circulis. **U**nde qd
mouetur per primam lineam nec perfecte ascenderet nec
perfecte descenderet, sed esset motus compotitus ex ascen-
su et descensu, et qd moueretur per secundam non moue-
retur perfecte circulariter. **S**ecundo (inquit) contingit ir-
regularitas in motu, neq; in vbi, neq; in qd, neq; in eo
ad qd. i. neq; ratione loci, si est localis, neq; ratione tem-
poris: qd tempus cui sit unus et invariabile, non potest esse dif-
forme, neq; ratione termini, puta qualitatis aut quantita-
tis que acquirit. Boetius vertit [in quo] et pp ea. **S.**

Tho. dicit referri posse ad subiectum. i. neq; ratione subie-
cti. **S**ed tam grece non est, nisi cis o. i. in qd quod dicit
terminum. **E**t presertim qd hic non intendit Ph. excludere
irregularitatem qd est ex parte subiecti, ut qd ipsum patebit.

Sed (ait) disformatas contingere in ipso modo. s. ipsius mo-
tus: qd. s. non est uniformis velocitate et tarditate secun-
dum oes ptes. ut descensus naturalis lapidis, l, per idem
descendat, velocior est in fine, qd in principio: motus ve-
ro violentus e contrario velocior est in principio, qd in fine.

Quequidem diversitas quodammodo est ex parte subiecti: id-
circo qd in naturali, impetus intenditur, et in violento, or cause
remitit. **O**biquidem, ut Commentator hic admonet, quatuor velocita-

de causis disformatas velocitatis tarditatisq; motus vnu-
tis res.

venire potest. rone spacii disformiter resistentis: aut ratio-
ne motoris, sicut in motibus liberis: ut cu torsi rotam ut
vult circumouerit: aut ratione termini ad quem. ut qualitas
spatialis velotius producit qd corporalis, et calor, velotius,
qd frigus: aut ratione virtutis intrinsecis ipsius mobilis. ut
grauius velotius descendere (etiam per vacu) qd levius. **S**ed
hic modus ad scd reducitur. **C**onfer tandem ex dictis
duo corolaria. **P**rima est qd velocitas et tarditas non
sunt due drie, i. spes essentiales motus. **P**robatur. Drie
essentiales non possunt eidem spem simul conuenire (ut homo
non est simul rationalis et irrationalis) sed velocitas et tardi-

tas cuiusq; sp̄ci motus coenuntur. scilicet alteratio, motus locali, tā circulari, q̄ recto ergo nō sunt sp̄ces essentiales, sed accidentia potius motibus omnibus cōmuniq;. Secundū corolariū. Neq; grauitas et levitas idē sunt q̄ tarditas et velocitas rō est hec. Grauitas nō cōuenit nisi motu deorsum, vt cū pars terre mouet ad ipsam. s. ad totū elementum: levitas vero nō cōuenit, nisi motu sursum. vt cū pars ignis mouetur ad ipsum. s. ad elemen-
tū ignis: velocitas rō et tarditas sunt accidentia vtrig; cōmuniq;. Et enim tā motus deorsum q̄ motus sursum potest esse et velox et tardus.

Textus **xlv.** **V**nus igitur irregularis est: qua est continuus, minus autem: quod reflexa accidit lassationi. Id autē quod est minus: cōmīstio semper contrarii est. **S**i autem omnem / vnum contingit & regularem esse & non: non erūt/ & ipsi qui non secundū speciem contigui simūt / vnius & cōtinuus. Quomodo enim erit regularis: motus ex alteratio, cōpositus / & loci mutatione: oppoteret. n. accōmodari. **C**olligit ergo ex superiorib; duas cōclusiones. Prima est, q̄ motus vno modō dī vnius, q̄r est cōtinuus, etiā si sit irregularis: est tñ ille minus vnius q̄ ille qui est regularis. Quēadmodū ille qui est per linea reflexā. vt supra dictū est. Et enīm ut linea, nō recta, sed angulos constitutes, quodāmō v̄ ab unitate declinare in pluralitatē, eo qd̄ vbi facit angulū v̄ quodāmō frangi, ita & mot⁹, qui per illā fit, minus est vnius. Et hoc est qd̄ subdit. s. q̄ si minus est vnius, habet aliquid admistū contrarii: pūta pluralitatis. Quāuis si in angulis nō quietat mobile, simplē est vnius motus. vt. q. 3. adnotauimus. **S**ecunda cōclusio est, quā supra intēderat. s. q̄ duo mot⁹ differentes specie non possunt esse vnius et cōtinuus, cuius ratio est hec. Omnis motus qui est simplē vnius pōt esse et regularis et irregularis: sed aggregatū ex motibus diuersarum specierum, nec regulare esse potest nec irregulare: ergo nec potest esse vnius.

CDE CONTRARIETATE MOTVS. CAP. V.

Textus **xlvj.** **A**MPLIUS AVTEM DETERMINANDUM EST: qualis motus est contrarius motui. & de quiete autem eodem modo. Diuidēdum est antem primo: vtrum contrarius motus sit/ qui ex est eodē/ ei qui est in idē. vt qui est ex sanitate: ei qui est in sanitatem. vt & generatio & corruptio videntur. Aut qui est ex contrariis. vt qui est ex sanitate: ei q̄ est ex egritudine. Aut qui est in contraria. vt qui est in sanitate: ei qui est in egritudinem. Aut qui est ex contrario: ei qui est in contrarium. vt qui est ex sanitate: ei qui est in egritudinem. Aut qui est ex contrario in contrarium: ei qui est ex contrario in contrariū. vt q̄ est ex sanitate in egritudinem. ei q̄ est ex egritudine in sanitatem. necesse est. n. aut vnu aliquē horū esse modorū/ aut plures. nō. n. est alī opponere.

Cunus modus diuersitatis (vt habeat. 10. meta. tex. 13.) est contrarietas. Et iō post sermonē de diuersitate motū cōgrue subsequitur de eorū contrarietate dicere. In hoc ergo capite quinto (qd̄ septē cōtinet tex.) agit Ph. de contrarietate motū, & in sequēti de contrarietate qetū. Initū dicēdū sumit in hoc tex. 46. ex quinque modis & rationibus quibus pōt contrarietas motū describi: vt tribus eorū relectis duos amplectatur. Et enīm cū contrarietas motus definiiri nequeat: nisi ex habitudine trōp, quinq; possunt fieri eoz combinationes. Aut n. contrariis mot⁹ diffiniunt respectu eiusdē termini. vt trōs ex quo vnu procedit sit ille in quē alter tēdit. vt motui qui est a sanitate contrari⁹ sit ille qui est ad sanitatem. Quēadmodū generatio contraria esse v̄ corruptioni, corruptio. n. est ab eo qd̄ est esse, genitio vero ad id qd̄ est esse. Aut diffiniunt respectu contrariorū terminorū ex quibus. vt motus q̄ est ex sanitate contrari⁹ sit ei, qui est ex egritudine. Aut respectu contrariorū terminorū ad quos. vt motui qui est in sanitatem, is contrari⁹ sit, qui est in egritudinem. Aut per hoc q̄ trōs a quo vnu contrarius sit termino ad quē alterius, vt ille qui est ex sanitatem sit contrarius illi, qui est in egritudinem. Aut deniq; quinto diffiniunt respectu amboꝝ terminorū qui sunt vtriusq; contraria, vt ille qui est ex sanitatem in egritudinem illi sit contrarius qui est ex egritudine in sanitatem. Necesse enim est inquit ali quo istorum modorū diffiniiri motus contrarios: q̄r esse non potest alia terminorū consideratio.

Cest autem/qui ex contrario: ei qui est in cōtrariū/ non contrarius. vt qui est ex sanitāte: ei qui est in egritudinem, idē enim / & vnius est. esse tñ: non idē est ipsis. sicut non idē est: ex sanitāte mutari / & in egritudinem. **C**Excludit tres horū modos, veluti ad diffiniendū motū contrarietate in eptos. Atq; primo quartū in quo nihil est penitus apparente. Motus. n. quoꝝ trōs a quo vnuus et trōs ad quē alterius sunt contrarii, vnuus idē realiter motus sunt: tñ abest vt sint contrarii: sed sola ratione differunt. vt mot⁹ quiete ex sanitatem, idē est propter qui est in egritudinem: vt. n. supra dictū est, motus omnis est a contrario in contrarium: sed sola ratione differunt, quia est corruptio vnuus et generatio alterius.

CNeq; qui est ex contrario: ei qui est ex con-
trario, simul enīm accidit: ex contrario / et in contrarium aut in medium. verum de hoc quidem posterius dicemus. **S**ed magis in contrarium mutari videbitur causa esse contrarietatis: quam ex contrario. hīc enim, de mutatio acontrarietate: ille vero, acceptio. **C**Atq; dicitur vnu quisq;, eo in quod mutatur magis: quam eo ex quo. vt sanitati, qui in sanitatem. egratio autem: qui in egritudinem. **C**Relinquitur igitur: qui est in contraria, & qui ad contraria ex contrariis, forsita igitur accidit: eos qui in contraria, & ex contrariis, esse. sed ipsum esse: forte non idē: dico aut q̄ est in sanitatem, ei qui est ex egritudine: & q̄ ex sanitatem, ei q̄ est in egritudinem. **C**In tex. deinceps. 48. excludit secundū modū, tribus rationib;. Prima est. Mot⁹ qui a contrariis trōs proficiuntur tendit nonnq; in eundē trōm ad quē: nā motus ex alio non semper terminat in nigrū: sed in medio colore

coloratu, puta in rubetu: et pariter motu qui est ex nigro poterminari in rubetu. Motus autem qui sunt ad eandem formam non videtur esse contrarij. Transmisit tamen exactam huius examinationem vsq; ad textum. 52. Secunda ratio est hec. Contrarietas motus penes illos trahos potius qui acquirunt pessima est, & penes eos qui perdunt et desuntur (nam forma que non est non dat esse rei, sed forma que est) termini vero a quibus deperduntur et termini ad quos acquiruntur: &c. Tertia fere est eadem. Penes eos trahos accipienda est contrarietas motuum, a quibus motus sumit speciem et nomine: sed ut ter. 4. Ph. prefatus est: a trah ad quem motus denominatur, est n. sanatio motu ad sanitatem ergo a trah ad quos sumit contrarietas motuum. His duobus modis exclusis, relinquuntur (inquit) aut ille modus qui est in contraria (puta tertius) aut ille qui est ex contrariis in contraria, scilicet quintus. Sumus namque qui sumit solu per respectum ad unum terminum, pretermittitur modo usq; ad tex. si. Subdit autem quod hi fortissima duo modi, puta tertius et quintus, id est sunt: non oculi motu qui sunt inter trahos contrarios sunt et ex contrariis. Omnis n. motus in sanitatem est ex egritudine. Secus est de mutatione, ut statim videbis. Et ideo dixit fortissima quod argumento procedit. Different autem ratione, ut dictum est, quia sanatio est genitio sanitatis, et corruptio egritudinis.

Cononiam autem differt mutatione / a motu (que enim est ex quodam subiecto in quodam subiectum mutatione: est motus) qui est ex contrario in contrarium / ei qui ex contrario est in contrarium / motus contrarius est. ut qui est ex sanitatem / in egritudinem: ei qui est ex egritudine / in sanitatem.

Chis velut fundamentis praeciatis ad rem in hoc tex. 49. descendens distinguit alter esse censenda contrarietas motuum, et alter mutationem. **P**ulcherrimum n. ordinem philosophi speculati continuo apparet nihil superflue dixisse. Cum ergo distinxerit tex. 7. inter mutationem et motum, quod illa sit inter trahum affirmatum et negatum contradictionis, hic vero inter duos positivos contrarios, insertus modo contrarietas motuum censenda esse ex parte trahorum termini. ut motus qui est ex contrario in contrarium contrarius sit ei qui conuerso habet terminos contrarios. ut motus ex sanitate in egritudinem contrarius sit ei qui est ex egritudine in sanitatem.

CManifestum est autem / & ex inductione: qualia videntur contraria esse. egrotare enim / ipsi sanari: & discere / ipsi decipi non per se ipsum. in contraria. n. ut enim scientia, sic & deceptione: est & per se ipsum consequi & per aliud. Et ea que sursum latio: ei que est deorsum. contraria enim hec sunt: in longitudine. Et que ad extra: ei que est ad sinistra. contraria .n. hec sunt: in latitudinem. Et que in ante: ei que in retro. contraria. n. hec sunt: in profunditate. **P**robat in textu. 50. prefata sententia inductione. ut egrotatio eo est contrarius motus sanationi, et trahus a quo unius est contrarius trahus a quo alterius: et trahus ad quem, trahus ad quem. Conuertuntur. n. trah. Et pariter rone discere contrario est huic quod est decipi. ubi notandum est quod scientia fit aut per studium sine doctore: et hec de invenzione: aut accipit a doctore: et hec de disciplina. Et pariter error sine ignorantia, aut fit ab intrinseco per amissionem scientie: et hec de oblio: que contrariatur invenctioni: aut fit ab alio: et hec de deceptio: que contra est discipline. Et

hoc est quod ait / discere / contrariu esse ipsi decipi, non per se ipsum, sed per aliu. Simili modo ascensus localis contrariu est descensu, quod humidi termini sunt contraria secundum dimensionem que est longitudine: et motus a dextra ad sinistram est contrarius motui a sinistra ad dextram secundum latitudinem: et motus ab ante ad retro contraria illi secundum profunditatem qui est a retro ad ante. Accipiuntur namque dimensiones iste et contrarietas respectu hominis: cuius longitudine sumitur a capite ad pedes, latitudo vero a dextra ad sinistram, et profunditas a pectore ad dorsum.

CQuae autem est in contrarium solum: non est motus / sed mutatione. ut fieri album: non ex aliquo.

Quibus autem non est contrarium. mutatione / que est ex ipso / ei que est in ipsum / contraria est. Quapropter generatione corruptioni contraria est: & abiectione acceptio. haec autem mutationes quidem sunt: motu autem non.

CSubsequenter in tex. 51. subdit deinde mutationes a motu dicentes. Quod in his que simpliciter sunt contraria (ut sunt qualitates) generatione secundum quid contrariatur alteri generationi solum rone termino ad quos, iuxta tertium modum supra positi: quod termini a quibus non sunt positivi, sed negati. ut genitio albi ex nonalbo contrariatur genitio nigri ex nonnigro, rone albedinis et nigredinis: quod nonalbus et nonniger nihil dicunt positivum. In his autem (inquit) que proprium non habent contrariu (quales sunt substantiae) contrarietas sumit iuxta primum modum respectu eiusdem termini, quod est trahus a quo unius mutationis, et trahus a quo alterius. ut corruptio aeris contraria generationi eiusdem: quod corruptio est perditio ipsius esse, generatione vero, eiusdem acceptio. Terminus enim ad quem corruptionis non exprimitur positivus, sicut nec terminus a quo generationis. Haec autem mutationes (inquit) sunt: non autem motus.

Cui autem ad medium motus sunt / qui-

Tex. lji

buscumque contrariorū aliquid est medium: tanquam in contraria quodammodo ponendum sunt. Nam ut contrario vtitur medio ipse motus: ad utrumque fiat mutatione. ut ex fuscō quidem / in album: tanquam ex nigro. & ex albo / in fuscum: tanquam in nigrum. ex nigro autem / in fuscum: tanquam in album. fuscum enim: medium ad utrumque dicitur quodammodo extremitas / sicut dictum est prius. Motus igitur motui contrarius est sic: qui ex contrario in contrarium est / ei qui ex contrario in contrarium.

CPost contrarietas motuum, qui sunt inter trahos extreme contrarios, determinat in hoc tex. 52. de contrarietas motuum qui sunt ab uno contrario ad medium, aut secundum. **A**ut. n. motus humidi considerando esse secundum et aer. **H**oc quidem exemplum de albo et rubeo manifestum est, sed restat dubium. utrum motus ab albo in rubeum et motus ab nigro in rubeum intelligatur hic Ph. esse contrarios: non posset quispiam credere partem negatiā, pp; primā rōne quam supra tex. 48. fecerat. ubi arguerat contrarietas motuum non attingi penes trahos a quibus, eo quod nonnulli tendunt in

Textus
xliii:

Textus
xlii.

Textus
xliiij.

eundē t̄fum. s. mediū. R̄sidetur n̄b̄lominus nō solū hic intelligere. Arist. motū ab albo in rubeū contrariū esse illi qui est a rubeo in albū, sed illi ēt qui est a nigro in rubeū. Et hoc est qd̄ ait, motū qui est a cōtrario in mediū accipiendū esse ac si sit a contrario in contrariū, nā mediū est contrariū vtriusq; extremi. vult. n. dicere q̄ sicut totus mot⁹ qui est ab albo in nigrū trāsiens per rubeū contrarius est toti qui est a nigro trāsiens per rubeū in albū, ita et quelz pars vnius (vt ab albo ad rubeū) cōtrariatur cūlibet alteri⁹. vt a nigro in rubeū. Sicut ascensus ignis a terra vsq; ad mediā regionē aeris cōtrarius est d̄escens a 2 caeo lune vsq; ad eandē mediā regionē. ¶ Szqd̄ respōdendū tūc ad rationē factā tex. 48. Respōsio certe quā Ph. hic p̄tēdit est, q̄ l̄z motus ab albo in rubeū et a nigro in rubeū sint cōtrarij, nō tū propter contrarietatē solū terminop; a quibus, sed p̄ contrarietatē terminop; ad quē. Rubeū. n. est quodāmodo nigrū contrariū albo, et quodāmodo albū contrariū nigro: et tō vtrum eo vt duob⁹ cōtrarijs. Atq; adeo mot⁹ ab albo in rubeū est ab albo quodāmodo in nigrū, et mot⁹ a nigro in rubeū est a nigro in quodāmodo albū: et p̄ ea sunt contrarij. Et eadē ratione motus ex rubeo in albū est quodāmodo ex nigro, et motus ex rubeo in nigrum est quodāmodo ex albo. Latius. q. 3. et. 4.

CDE CONTRARIETATE INTER QVIETES. CAP. VI.

VONIAM AVTEM MOTUS
non solum videtur motus esse cōtrarius: sed & quies: hoc determinandum est. simpliciter enim: cōtrariorū est mot⁹: motui. Opponit autem: & quies. priuatio enim est. est autem: vt & priuatio contraria dicitur. Qualis autem qua li: vt ei qui est secundum locum / ea que est secundum locum? Sed hoc quidem: nūc dicitur simpliciter. Vtrum enim ei que est hic / quieti: is qui est ex hoc / aut qui est in hoc motus opponitur?

Quoniā oppositioꝝ eadē est disciplina, et priuatio op̄ponit motui, opere recipiū est post contrarietatē motui de contrarietate quietū dicere: que est, vel ad motū vel inter se. Vñ in hoc capite decē textus habēte duo agit. In tribus. n. prioribus textibus agit de humī contrarietate, et in septē sequentibus disolvit dubia nōnulla. Proponit ergo in tex. hoc. 33. q̄ cū motui nō solū sit cōtrarius aliis mot⁹, sed ēt quies (vt in post predi. cap. de motu ēt dixerat) determinandū est de contrarietate quietis ad motū, vñ ad aliā q̄tē. Et nō ē inq̄t tā p̄prie contrarie tas inē motū & q̄tē, q̄ inē motū & motū. Cōtrarietas. n. simp̄t nō est, nisi inter duo positiva: r̄ idcirco, vt t̄fū motū, ita et motus ipsi simp̄t sunt contrarij: quies vero op̄ponit priuatiue motui (Est. n. quies cessatio motus) priuatiue autē opposita sunt quodāmodo contraria, qui nimmo vt. 10. meta. tex. 15. habet est prima contrarietas diuidē vñquodq; genus. vnde in omnibus contrarijs (vt. q. 1. dicebamus) imperfectius se hēt tanq; priuatio perfectioris. vt nigrū est priuatio albi. Attamen licet simpliciter et vñiuersaliter assertū sit motū esse contrariū quieti, questio tñ inquit est, cui quieti quisq; motus contrariatur: an videlicet illi que erat sub termino a quo an illi potius, que est sub termino ad quem. Utrum vis delice motus calefactionis contrarius sit quieti: que est frigidū esse, an illi que est calidum esse. Hoc enim in post predicamentis non determinauerat.

Manifestum est igitur, q̄ uia in duobus Textu mot⁹ subiectis est: huic quidē qui ex hoc est l̄ij. in cōtrariorū, ea que est in hoc quietis, huic autem qui est ex contrario in hoc, ea que in cōtrario. simul autem & inuicem: cōtrarie h̄e sunt. Etenim inconueniens est: si motus quietem contrarij sunt, quietes autem opposite non sunt. sunt autem h̄e: que in cōtrarijs, vt que est in sanitate: ei que est in egritudine, quieti. motui autem: qui ex sanitatem in egritudinem. ¶ Ei enim, qui est ex egritudine in sanitatem: irrationalabile est. Is enim motus qui ad ipsū est / in quo stat: quietatio magis est, qua accidit simul fieri cum motu, necesse autem est: aut hanc, aut illam esse, non enim ea quidem que est in albedine, quietes: contraria est ei que est in sanitatem.

R̄ndet in tex. 54. ad propōsitā questionē. Primo de cōtrarietate motus ad quietē: dicēs q̄ cū motus omnis in duobus subiectis sit. i. int̄ duos positivos t̄fōs (quos tex. 7. appellavit subiecta) huic motui qui est ex hoc in contrarij (vt ex albo in nigrū) contrariat es quietis que est in hoc. i. in albo. huic aut qui est ex cōtrario in hoc. i. ex nigro in albū/contrariaf illa quietis que est in cōtrario, puta in nigro. Itaq; motus contrariatur quieti que est in t̄fō a quo, nō autē illi que est in t̄fō ad quē. Motus r̄ndet de cōtrarietate quietū: dicens, q̄ ille due quietes sub cōtrarijs t̄fōs (vt albū esse, et nigrū esse) sunt inuicem contraria. & hoc syllogismo p̄bat. Quietes cōtrarie motibus cōtrarijs sunt inter se cōtrarie (vt p̄ a permūtata p̄portione: nā si sicut se hēt hic motus ad hāc quietē se hēt alter motus ad alterā quietē, sicut se hēt motū ad motū, ita se hēt quietis ad quietē) motus autē ab albo in nigrū contrariaf quieti sub albedine, et motū a nigro ad albū contrariaf quieti sub nigredine: ergo sicut motū sunt cōtrarij: ita et quietes. L̄ocludit ergo q̄ q̄s que est in sanitatem hēt duo cōtraria. Contrariaf. n. quieti que est in egritudine, et motui qui est ex sanitatem in egritudinem. ¶ Deinde illuc ei enim r̄t̄. p̄bat q̄ motus contrariaf quieti que est in t̄fō a quo, et nō ei que est in t̄fō ad quē. Irrationalabile. n. iquit est, vt quietis in sanitatem contrarie motui ex egritudine in sanitatem. Ratio est hec. Motus qui est adip̄sū in quo stat. i. ad t̄fū in quo mobile post motū quiescit, quietatio est. i. profectio seu progressio ad quietē et acquisitionis quietis simul n. acq̄ritur motus et quietis in t̄fō ergo motus nō oppōnit tali quieti. Ut. n. mediū nō oppōnit fini qui p̄ medū acq̄ritur, ita nec motus t̄fō: siquidē motū fieri, idē est qd̄ t̄fū fieri. ¶ L̄osequenter illuc aut hanc r̄t̄. infert q̄ motus cōtrariat quieti que est in t̄fō a quo, hoc syllogismo. Om̄ni motui contrariaf aliqua quietis: et non quietis alterius speciei (quietis. n. in albedine nō contrariaf quieti in sanitatem: et per p̄nū nec motui ad sanitatem) ergo quietis que contrariaf motui, vñ est illa que est sub t̄fō a quo, vñ illa que est sub t̄fō ad quē eiusdem motus: at nō est illa que est sub t̄fō ad quem: q̄ est illa que est sub t̄fō a quo. In post predicamentis vbi Arist. nō determinauit, nisi in genere q̄ quietis contrariatur motui, subiecimus exempla de quiete in termino ad quem: hec tamen quam hic determinat. Ph. rei veritas est.

¶ Quibus autem non sunt contraria: horū Textus mutatio quidē est opposita, ea que est ex ipso / vt ei que

*Textus
lxxij.*

ei que est in ipsum. motus autem: non est. vt ea que est ex ente: ei que est in ens. ¶ Et quod quidem, horum non est: immutabilitas autem est. & siquidem aliquid erit subiectum, non ens ea que in ente est mutabilitas, ei que est in nonente contraria erit. ¶ Si vero non est aliquid id quod non est: dubitabit aliquis cui contraria sit ea que est in ente immutabilitas, & an quies sit, si autem hoc est: aut non omnis quies motui est contraria/ aut generatio & corruptio/motus sunt. Manifestum est igitur / quies quidem non dicenda est, si non & he / motus. simile autem aliquid est: & immutabilitas: contraria autem est: aut nulli / aut ei que est in nonente/ corruptioni. hec enim : ex ipsa est. generatio autem: in ipsam.

In ter. 48. sequit secūda ratio que sumi ex parte mobilis. **M**ēpe qua demōstrat, q̄ quēadmodū in tēpore nō dat primū esse motus, ita nec mobilis dat prima pars mota respectu alicui⁹ signi fixi in spatio. **E**xempli gratia. Detur q̄ total longitudo solis orientis per lineā orizontē sit. **D** F. et prima pars apparet supra horizontē sit. **E** F. que orta est in tēpore. **G** H. Et argf sic. Si pars. **E** F. orta est in tēpore. **G** H. medietas illius partis vers⁹. **F**. orta fuit immediate illius tēporis: et per p̄s. **E** F. non fuit prima pars orta. **E**adē rōne nec medietas illius fuit prima: quia prius fuit orta medietas illius medietatis: et ita in infinitum procedente diuisione: ergo non datur prima pars mota.

Quod igitur neq̄ eius quod mutat̄ / neq̄ Textus in quo mutatur tempore primū quicq̄ sit: xlix, manifestum est ex ijs que dicta sunt, illud autem quo mutatur / aut id secūdum quod mutatur: non amplius similiter se habebit, tria nāq̄ sunt que esse dicuntur in mutatione: & quod mutatur / & in quo / & secundum quod mutatur, vt homo / & tempus / & album. homo igitur & tempus: diuisibilia sunt, de albo autem: alia ratio est. verum: secundū accidē

quidē

quidem omnia diuisibilia sunt. cui enim accedit qualitas / aut albedo : illud diuisibile est. **C**uoniam neq; in iis erit primum, que quidem secundum se dicuntur diuisibilia / & non secundum accidentis : ut in magnitudinibus. Sit enim in quo. A B. magnitudo: & mouetur ex B. in. C. primum. igitur si indiuisibile quidem erit. B C. impers imperti erit contiguū, si vero diuisibile: erit aliqd/ ipso. C. pri⁹ in quod mutatū est / & illo rursus aliud / & semper sic/ propterea q; nunq; deficit diuisio. **Q**uare non erit primum: in quod mutatum est. Similiter autem est, & in quantitatis mutatione. etenim hec: in continuo est. Manifestum igitur est / q; in solo motu qui secundū qualitatē est: cōtingit indiuisibile perse/ esse. **C**andē in tex. 49. potremoq; huius capitū, id qd de tēpore et mobili docuit, prosequit̄ et de spatio demonst̄are: atq; adeo de quoq; t̄o motus: nēce q; non deatur prima pars spati pertransita, sed quacq; data, alia sit prius trāsita: neq; def̄ prim⁹ grad⁹ in intēsione, neq; prima pars quātitatis, in augmentatione. Aut ergo q; eius qd mutat. s. mobilis, et eius in quo mutat. s. tēporis, iam ostēsum est, non esse dabile primū. Sed anteq; procedat ad spatiū vel terminū quo mobile mutatur, repetit id qd tex. 37. et 39. premisserat. s. q; non omnia que diuidunt̄ cū motu, diuidunt̄ per se. Tria enim (inquit) sunt in motu preter ipsum motū. s. mobile, tēpus et terminus, vt albedo in alteratione. Et quidem mobile, motus, et tēpus, quia sunt de genere quātitatis, per se diuidunt̄: qualitas vero, que est terminus alteratiōis, nō per se diuiditur, sed ad divisionē quātitatis mobilis, vel motus, vel tēporis. Litera est clara. Nonit ergo cōclusio, q; in iis que secundū se diuidunt̄, non daf̄ primū. Et probat de spatio, qd per se est diuisibile: nā de tēpore et de mobili id iam ostenderat. Probatur q; si aliquod mobile incipit moueri super aliquā lineā, non deatur prima pars linee pertransita. Sit. n. mobile pedale A B. qd incipit moueri a puncto. B. et prima pars per transita. v.g. sit. B C. Et arḡ sic. Aut. B C. spatiū est diuisibile, aut indiuisibile: si indiuisibile, sequit̄ duo indiuisibilia cōtigua esse, et imediatā: nā eadē rōne scđa pars spatiū erit indiuisibilis, que tñ prime est imediatā. Si vero. A C. spatiū est diuisibile, imediatā tēporis quo mobile transit totū. B C. transit mediatā eius, et in quarta parte quartā partē: et ita in infinitū: quare non dabif prima pars pertransita. Et similiter (inquit) erit in motu augmentationis, cuius terminus est quātitas, que est per se diuisibilis. Quacq; n. quātitate data acquisita per augmentationē, prius acquiritur pars ei⁹. Ubi hoc animaduertendū est, q; Arist. non admittit minimā quātitatē in augmentatione, sicut in generatio- ne. Concludit ergo q; in sola qualitate contingit per se indiuisibile. Non tamē negat quin sit per accidentis diuisibilis. Et hac ratione, nec dabatur minimū in qualitate. Sive secundū extensōe, sive secundū intensionē. Quando enim lignū applicatur igni, non dabatur minima pars ligni, que primo habet calorē: sed quacq; data minor prius est calefacta: et quocq; dato gradu intensionis, ante illū fuit aliis gradus. Qd nos tanq; verius approbavimus et corroboravimus lib. i. q. 4. et licet ali⁹ alter senserint, est tamē in hoc loco sententia S. Tho. Est autē hoc intelligendū, quādo lignū appli-

catur in linea, vbi terminatur sphaera actiuitatis ignis. Mā si totū sit intra flāmā, simul disponitur magna pars eius, secundū superficiē. Licit forsan secundū profunditatem, quacunq; parte data, prius disponatur media- tas eius superficiem versus.

CDE ORDINE PARTIVM MOTVS. CAP. VI.

VONIAM AVTEM OMNE Tex. i.

Oquod mutat̄/ in tēpore mutat̄/ dis- cītur aut̄ in tēpore mutari & vt in primo / & vt secundū alterū/ vt in anno/ quia in die mutat̄: in quo primo tēpore mutatur/ id qd mutat̄/ in quaūis hui⁹ par te mutari necesse est. manifestū est igitur: & ex diffinitione, primū enim sic dicebamus. **C**ū intentio p̄phi. in his duobus capitulis sit tradere ordinē partiv motus, et in. 5. dictū sit de initio et termi no mot⁹, subsequitur in hoc. 6. (quod decē cōpletebitur tex. vt dicat de ordine alias partiv. Atqui in his duobus totū versat̄. s. et q; ante omne moueri precedit mutatū esse: et q; econuerso, ante qdlibet mutatū esse pre credit quoq; moueri. In quinq; priorib; testib; ostendit primū: et in reliquis/ alterū. Ut primū omnī in hec tex. 50. p̄mittit distinctionē necessariā. Videbet, q; du- pliciter res aliqua mouet̄ in aliquo tēpore. Aut non pri mo, sed ratione partis/ quāadmodū qd mouet̄ uno tan- tū die, dicitur moueri in anno/ ratione illius diei/ que est pars eius. Aut mouet̄ in tali tēpore per se primo. Diffi- nit autem/ q; tē moueri in aliquo tēpore per se primo, est moueri scđz quancūq; partē illius tēporis. Id qd primo manifestat̄/ ex diffinitione posita in principio lib. 5. Ibidētū est id per se primo moueri, quod mouetur secundū se totū, et non solū ratione partis. Similiter enim sequi tur vt id moueat̄ primo in aliquo tēpore, quod mouetur secundū omnē partē illius tēporis.

Sed ex his manifestū est. Sit. n. in quo pri mo mouet̄/ id qd mouetur/ in quo. A C. et diuidatur secundū. B. omne. n. tēpus: diuisibile est. In tēpore autē. A B. aut mouet̄/ aut nō mouet̄. & rursus/ in tēpore. B C. similiter. Si igit̄ in neutro mouet̄, quiescat̄ vtq; in toto. moueri. n. id qd in nulla partiū hui⁹ mouetur: impossibile est. si vero in altera sola mouetur: non vtq; in primo mouetur, quod est A C. secundū. n. alterū: motus est. necesse est igitur: in quoūis ipsius. A C. motum esse.

In tex. 51. id qd proxime sola diffinitione probauerat, rōne demonstrat. videlicet id qd p̄mo mouet̄ in aliquo tēpore, moueri necesse sit in qualibet eius parte. Sit. n. tēpus quo mobile aliqd p̄mo mouet̄, et diuidat̄ in p̄ucto. B. Tunc aut in pte. A B. mouet̄/ aut non mouet̄. idq; interrogatur de parte. B C. si ergo neq; in. A B. neq; in. B C. mouetur, sequitur q; neq; in toto. A C. mouea tur. Si vero in altera sola mouetur, sequitur q; non mouetur primo in toto. A C. sed solum mouetur primo in illa parte/ per quam totam mouetur: et ratione illius/ mouetur in toto. Agitur si in toto primum mouet̄, fit vt in vtrāq; parte mouatur.

Hoc autem ostēso: manifestum est/ q; omne Tex. iij ne quod mouetur/necesse est motū esse pri⁹.

Si enim in A C. tempore primo/ per magnitudinem. D F. quippiam motum est: in dimidio / quod & que velociter mouetur & simul incepit/ per dimidio muterit motum. Si autem & que velox in eodem tempore motum sit ali quid: & alterum necesse est per eandem motum esse magnitudinem. quare motum erit: id quod mouetur.

CSupposito q̄ sermo sit hic de eo/qd̄ per se primo mouetur in aliquo tempore, demōstrare prosequit̄/ q̄ ante omne/moueri sit mutatū esse. **V**bi adnotādū est, q̄ quē admodū in linea , aut reuera sunt , aut cogitatione considerāda pūcta , ita sūt in motu mutata esse indiuisibilita. **U**nde quēadmodū in linea / puncta cōtinuatiua nō sunt actu/sed potētia, quādo tñ actu diuiditur, punctū terminatiū est actu: quia terminat divisionē (sicut patres/q̄sunt actu cōtinue, sunt entia in potētia: q̄n vero sunt actu diuisse, sunt entia in actu) ita et mutata esse cōtinuantiā motū sunt in potētia, q̄n vero mutatū esse actu terminat motum, tunc est in actu. **D**emōstratio ergo Aristo.est, q̄ quēadmodū in linea ante quālibet partē/ est punctū, ita et in motu , ante quālibet partē motus , est mutatū esse. **S**ed quia mutatū esse evidentius apparetq̄ actu terminat et rūpit motum, demonstrationē format in duobus mobilibus. **S**i. n. (inquit) aliqd̄ mobile in toto tēpore. **A**L. mouet per spatiū. **D**F. necesse est vt mobile alterū & que velox/ et simul incipiens/dimidiato tēpore moueat per dimidiū spatiū. **S**. **D**E. et per dñs, in. **E**. erit mutatū esse. **Q**d̄ illud & que velox erat actu mutatum esse in. **E**. p̄is est vt et primū mobile ante moueri p̄ partē. **E**F. habuerit mutatū esse in. **E**. **E**t eadē rōne anteq̄ perueniret ad. **E**. fuit mutatū esse in alto priori punto eiusdem spatiū. **E**t ita consequenter ante quodlibet moueri erat mutatū esse.

Textus **C**Amplius autem si in toto tempore. **A**C. motum esse dicimus/ aut omnino in quoīis tempore ex eo quia accepimus ultimum ipsius nunc (hoc enim est id quod terminat: & medium ipsorum nunc/tempus est) & in alijs utiq̄ similiter dicetur motum esse. dimidiū autem ultimum: diuisio est. quare & in dimidio motum erit: & omnino in quāvis partiū. semper enim simul cum ipsa diuisione: tempus est terminatum ab ipsis nunc. **S**i igitur omne quidem tempus diuisibile est / quod autem est inter ipsa nunc/ tempus est: omne quod mutatur/infinities mutatum erit.

CDemōstratio secunda est in tex. 53. Que talis est. Propterea mobile sicif mutatū esse in toto tēpore. **A**L. aut in quoīis alio, quia peruentū est ad nunc terminans illud tēpus: sed ante illud nunc terminans fuerunt infinita nunc cōtinuantiā partes tēporis: ergo similitatione cū ante quālibet particulā ipsius tēporis. **A**L. precederit aliquod nunc, sequitur vt ante quālibet particulā totius motus per. **D**F. spatiū precederit mutatū esse. **M**ā quēadmodū nunc est diuisio tēporis.i. quo discriminantur partes tēporis, ita se habet et mutatū esse respectu partiū motus. Colligit ergo Ph. q̄ cū omne tēpus quantūcūq̄ minimū sit diuisibile, et inter duo nunc semper mediat tēpus, et cuiq̄libet nunc correspondet in motu mutatū esse, atq̄ adeo inter quecūq̄ mutata esse, me-

diat motus: sequitur vt quēadmodū ante quālibet particulā tēporis precesserint infinita nunc, ita ante quālibet particulā motus , precesserint infinita mutata esse. **E**t per dñs quicquid mouet infinites fuerit mutatū.

CAmplius autem si id quod continue mutatur, & neq̄ corruptum est neq̄ cessauit a mutatione/aut mutari/aut mutatum esse/necesse. **T**extus sc̄ est in quoīis, in ipso autē nunc non est mutari: necesse est mutatū esse secūdū vñūqd̄ q̄ ipsorū nunc. **Q**uare si ipsa nūc infinita sunt: omne quod mutatur/infinite erit mutatum, **C**In tex. 54. subsequit̄ tertia demōstratio: que talis est. Omne qd̄ cōtinuo mouetur, quādū nec corripitur nec cessat a motu, necesse est vt in q̄libet intrinseco illius tēporis aut moueat̄, aut mutatū sit: s̄ in indiuisibiliā nūc (vt tex. 29. ostensum est) nihil proprie mouet: ergo necesse est in quolibet nunc mobile esse mutatum. **E**t cū ante quālibet partē tēporis motus precesserit nunc, sequitur vt ante quodlibet moueri precesserit mutatū esse.

CNon solum autē id quod mutatur necesse est mutatū esse: sed etiā mutatum necesse est mutari prius. **O**mne. n. quod ex quodam in Tex. 14 quiddā mutatū est: in tēpore mutatū est. Sit enim: in ipso nūc ex A. in. B. mutatū. ergo in eodē quidē nunc in quo est/in ipso. A. nō mutatū est. Simil enīm: erit in ipso. A. et in ipso B. qd̄. n. mutatū est/ quādo mutatū est q̄ nō est in hoc: ostensū est prius. si vero in alio est: in medio est tēpus. nō. n. cōtigua sūt: ipsa nūc.

CPost demonstrationē illius quod est/ ante quodlibet moueri precessisse mutatum esse procedit philosophus vt perinde demonstret ante quodlibet mutatum esse precessisse itidē moueri. **U**nde in hoc tex. 55. proponit primā conclusionem , q̄ non solum ante omne moueri est mutatum esse, verū et cōduerso/ante omne mutatū esse est ēt moueri. Ante cuius demōstrationē preiacit fundamētū hoc. Omne qd̄ mutat̄ inter duos tēpos: vt ab. A. in. B. mutatū est in tēpore. **H**ic nō accipit̄ mutatū esse (vt ha ctenus) pro tēpo mot⁹, qui est in instāti: sed pro eo qd̄ est mutari. **E**t probat̄ fundamētū. **S**i mobile quippiā mutat̄ ab. A. in. B. sequit̄ vt in eo/nūc/ qd̄ est in. B. non sit mutatū in. B. alias in eodē nunc esset in. A. et in. B. qd̄ supra ostensum est esse falsum tex. 40. vbi demōstratum est, id quod mutat̄ quando mutatū est non esse in termino a quo , sed in termino ad quē: ergo in alio nunc, est in termino a quo, et in alio in termino ad quē. **E**t cū inter quecūq̄ duo nunc mediet tēpus, sequitur vt omne quod mutatur , mutet̄ in tempore. **C**Et loquitur hic Ph. de motu proprio, vt distinguat̄ a mutatione. **M**ā generatio que. v. g. est mutatio de non esse aeris, ad esse aerē, si accipiāt̄ pro inceptione ipsa, nō fit in tēpore. **Q**uoniam (vt videbimus lib. 8.) generatio fit per primū esse: et qd̄ non dāt̄ ultimum esse non aeris. s. ultimum esse aque, vñ gnatur aer nullū est mediū tēpus in ultimum esse aque, et primū esse aeris: sed idē instans qd̄ est primū esse aeris, est primum non esse privationis aeris, puta aque. **S**i autem accipiatur generatio pro toto motu alteratio precedēt̄ in aqua/qui terminatur ad esse aeris, ille fit quoq̄ in tempore.

CQuoniam igitur in tempore mutatū est/ **T**extus tēpus autē omne diuisibile: in dimidio aliud lvj.

erit mutatum / & rursus in illis dissimilatio aliud / & semper sic. quare mutaretur utique prius.

CSupposito hoc fundamento, sequitur prima demonstratio conclusionis. Que est hec. Omne quod mutatur, mutatur in tempore: et tempus omnis est diuisibile in semper diuisibilia, cuius partes continuantur per instantiam; ergo omne illud quod in aliquo certo tempore mutatur est ante illud nunc terminans tale tempus mutabatur: nam ante quodlibet nunc terminans tempus, in quo res mutata est, precedit tempus in quo mouebatur.

Textus **A**mplius autem in magnitudine manifestum est quod dictum est: propterea quod continuum est magnitudo in qua mutatur id quod mutatur. Sit n. mutatum ex C. in D. Ergo si indivisibile quidem est ipsum. **C**D. id quod impers est / imperti erit contiguum. Quoniam autem hoc impossibile est: necesse est magnitudinem esse id quod est inter / & in infinita esse diuisibile. Quare: in illa mutatur prius, necesse est ergo omne quod mutatum est: mutari prius.

CPrima demonstratio sumpta est a divisione temporis: altera vero hec que sequitur, summittur ex divisione magnitudinis, per quam sit motus: eo quod divisione magnitudinis manifestior multo est, quam temporis vel motus. Nouetur ergo quippe a. L. in. D. que sunt extrema magnitudinis. Tunc autem magnitudo. **L**. D. est indivisibilis, aut diuisibilis: indivisibilis esse non potest, quia cum illa magnitudo sit aut esse possit pars continua, tunc continua copione retur ex diuisibiliis: atque adeo duo diuisibilia essent immediata, ut in principio huius libri demonstratum est. Si autem. **L**. D. est magnitudo diuisibilis, necesse est ut habeat infinitas partes: et per quas ante quodlibet punctum in quod mobile mutatum est, precedit magnitudo per quam mouebatur.

Textus **E**adē. n. demonstratio est: & in non continuis: ut & in contrariis: & in contradictione. Accipimus. n. tempus / in quo mutatum est: et rursus ea de dicimus. Quare necesse est id quod mutatum est / mutari: & quod mutatur / mutatum esse. & est / ipso quidem mutari / mutatum esse prius: ipso autem mutatum esse / mutari: & nunc accipietur primū. causa autem huius est: non esse impers imperti contiguum. in infinitum. n. divisione fit: ut in ipsis que augmentur & diminuntur lineis.

CQuā demonstrationes hactenus de solo motu locali fuerint prostructe, ait primum in hoc ter. 58. equo eas pede procedere in reliquis motuum mutationibus generibus. s. alteratione (quam vocat motum in contrariis) et in generatione / et corruptione (quas appellat mutationes secundum contradictionem.) At vero ex duabus quas fecerat demonstrationibus, priorē, que ex divisione temporis procedit, ait habere locum in alteratione, generatione, & corruptione. Nam altera (que de divisione spatii sumebat,) in solo motu locali verum habet: et applicari potest / motui augmenti / aut decrementi. Ut n. ante quodlibet punctum spatium, in quod mobile mutatum est, precedit spatium per quod mutabatur, & ante qualibet partem spatii, precederat punctum / in quo fuerat mutatum ita et in augmēto quantitatis / ante qualibet terminum et punctum / acquirebat quantitas: et ante quodlibet acquiri / precedit tempus ad quem res augmētata est. In intensione vero qualitatis non adeo oculis apertum est

quomodo ex parte rei acquisite ante quodlibet mutatum esse sit moueri, & ante quodlibet mutari mutatum esse: et ideo cuiuscumque iudicatur ex parte temporis. Omnis. n. intensio et remissio sit in tempore, et ante qualibet partem temporis precedit instans in qua res est mutata, et ante quodlibet instans precedit tempus, in quo mutabatur. Generatio vero et corruptio, licet acceptis pro inceptione et desitione substantie, non sicut in tempore: tamen si accipiatur pro motu alterationis, qui terminatur ad desitionem. v.g. aque et in conceptione aeris in tempore sit. **C**olligit ergo subepilogus / conclusionem intentam. videlicet / quod quicquid mutatur prius mutatum est: & quicquid mutatum est prius / mutabatur. Et ratio (inquit) est, quia motus non copitur ex indivisibilibus, quorum unum sit alteri immediatum: nam tunc dare est primū moueri indivisibile, ante quod non precedisset mutatum esse. At vero cum motus sit de genere continuorum: atque adeo, quae admodum linea, ita sit diuisibilis / in semper diuisibilia, neque dabatur in motu / primū moueri, nec primū mutatum esse: sicut negatur in linea diuisa per partes proportionales / versus initium, nec dabatur prima pars / nec primū punctum continuatum.

CManifestum est igitur / quod & id quod factum Textus est / necesse est fieri prius: & quod fit / factum lxx. esse / quecumque diuisibilia & continua sunt. non tamen semper id quod fit: sed aliquid aliquando / ut illius aliquid / sicut fundamentum dominus. similiter autem: & in eo quod corruptum est. statim enim ineat / ei quod fit / & quod corruptum / cum sit continuum: infinitum quoddam. & non est: aut fieri non factum aliquid / aut factum esse / quod non fit aliquid. similiter autem: & in ipso corruptum / & in corruptum esse. semper enim est ipso corruptum: corruptum esse prius. ipso autem corruptum esse: corruptum. Manifestum est igitur / quod & id quod factum est / necesse est fieri prius: & quod fit / factum esse. omnis enim magnitudo / & omne tempus: semper diuisibilia sunt. Quare in quo cunctis sit: non erit utique ut primo.

CIn hoc tandem tex. 59. huius capituli postremo, explicata eandem conclusionem, in generatione et corruptione: ubi cuiusdam videri poterat non habere verum, propterea quod non sicut in tempore. Ait nihilominus quod etiam in his id quod factum est, prius fiebat et id quod fit, prius etiam aut secundum partem aut alio quous modis factum est. In his (inquit) quecumque diuisibilia sunt / et continua. **O**d secundum Lamentatione appositi est, ad excludendum intellectiones que non sunt motu continua, sed fieri possunt diuisibilia. Aut fonsan / ut ait Sanctus Tho. adiectum est, ad insinuandum quod motus alterationis / continua quodammodo / cum generatione ad quam terminatur. **C**Ubi adnotandum est, quod alia est consideratio generationis substantiae / in homogeneis et alia in eterogeneis. In homogeneis namque (cuius partes sunt eiusdem rationis) id quod generatur, tempore quo forma extenditur per materiam secundum eandem rationem generatur est secundum partem. ut cum forma ignis extenditur per materiam ligni / ante qualibet ignem genitum, generatur ignis: et ante quodlibet generari erat ignis aliquis genitus. Sed in eterogeneis (ut. v.g. in siali) non semper id quod generatur precedit secundum eandem rationem, sed secundum partem alterius.

rationis. vt quādo in animali, animantur pedes, prius fuit animatū cerebrū, et ante cerebrū fuit animatū cor. Et hoc est qd̄ insinuat exēplo domus cuius fundamen-
tū preiacit parietibus. At vero qz minimū vtriusq; sub-
stantie producit in instanti, ante illud mutatū esse, non pre-
cedit moueri scđe eandē formā. s. substātiale: sed pre-
cedit alteratio, qua p̄ior; corrūpebat substātia. Queq;
dē alteratio quodā modo continuat cū ḡnatiōne. Et ita
verū quodā modo semp hēt q̄ omne qd̄ factū est prius,
aut scđm partē, aut secundū alterationē, fiebat: et om-
ne qd̄ sit, partim factū erat. Et pariter in corruptione,
omne qd̄ corruptū est, corrūpebat: et omne qd̄ corrūpi-
tur, partim corruptū erat. Et enim alteratio ipsa, quia
terminat nō solū ad qualitatē, sed ēt ad desitionē vni^o
substātiae et ḡnatiōne alteri^o, vocat nō solū alteratio, sed
et corruptio et ḡnatio. Quidē motus (vt lib. 5. tex. 4.
assertū est) a termino ad quē sortitur nomen.

DEFINITO ET INFINITO MO- TUS. CAPVT. VII:

Textus
lx.



VONIAM autē omne id qd̄ mo-
uetur, in tēpore mouēt: & in pluri-
maior magnitudo: in infinito tē-
pore impossibile est per finitā mo-
ueri nō eandē semper: & illius aliquid qd̄ mo-
uetur: sed in toto/ totā. Qd̄ igī si quid mo-
ueatur eque velociter/necessē est finitū in fi-
nitō moueri: manifestū est. accepta. n. parte/
que mēsurabit totā līneā: in tot equalib; tē-
porib; quot partes sunt/ per totā motū est.
Quare/ quoniā hē finite sunt/ & quantitate
vnaquęq; & numero omnes: & tempus vtiꝝ
erit finitū. toties enim erit tantum: quan-
tum partis tempus multiplicatum, secūdum
multitudinem partium.

Caput hoc septimum (qd̄ per septē text⁹ protendit) vt
in libri partitione dicebam⁹, est quarta pars p̄ncipalis
hui⁹ libri. In quo agīs definito et infinito, in motu. Re-
petit autē ex superiorib; in hoc tex. 60. duo necessaria
fundamēta. Primum est id qd̄ dixerat tex. 50. 7. ss. s. q̄ om-
ne qd̄ mouēt, mouēt in tēpore: nā (vt dictū est tex. 29.)
in instāti fieri neqt̄ mot⁹. Ulter⁹ est id qd̄ assertū tex. 15.
et sequētib; vclz q̄ idē mobile maiori tēpore/ maiori
magnitudinē per trāseat: et minori/minorē. Quibus sup-
positis intēdit in hoc capite demōstrare hāc bimēbrē cō-
clusionē. Imposibile est, vt mobile aliquid in infinito tē-
pore, finitā trāseat magnitudinē, nisi eā infinites repe-
rat (vt caueat a motu orbicularis celi) et conuerso im-
possibile ēt est vt in tēpore finito, infinitā trāseat magni-
tudinē. Utrq; partē satis ostenderat tex. 20. et duob;
sequētib;: sed est certe nūm̄ in humā diuisionib; p̄ti-
nū. Atqui in residua p̄te hui⁹ textus, demōstrat p̄iorē
partē p̄clusionis in motu vniiformis velocitat̄/hoc mō.
Signēt magnitudo quevis finita: et def̄ ad libitū/q̄ mo-
bile in aliquo tēpore per trāseat vñā partē illi⁹ magnitu-
dinis: qd̄ quidē tēpus necesse est vt sit finitū: quia si tota
magnitudo transit tēpore infinito, pars transīt in mi-
norū, et per p̄s finito: q̄a vñā infinitū nō est minus alio.
Tūc arguit sic. In tāto tēpore, trāsib; alia tanta pars
magnitudinis, et in alio eqli tēpore, alia eqli pars tē.
(si mot⁹ sit vniiformis) cū & p̄tes magnitudinis sint fini-
te/ et q̄ntitate/ et nūm̄o: sequi⁹ q̄ et partes tēporis sint
vtrq; modo finite: et per p̄s/ si magnitudo spati⁹ est fini-
ta, tempus erit pariter finitum.

Sed & si nō eque velocit: refert nihil. Sit Textus
enīm in quo. A C. spati⁹ finitū/ per qd̄ motū lxj.
sit in infinito tēpore: & tēps infinitū / in quo
D F. Si igī necesse est p̄i⁹, per alterū altero
motū ēst: hoc māifestū est, q̄ tēporis in prio-
ri & posteriori/ per alterū est motū, semp. n.
in pluri: per alterū erit motū, siue eque velo-
citer/siue nō eque velociter mutet: siue intē
datur mot⁹/siue remittat: siue maneat: nihil
lominus. Accipiāt igī spati⁹. A C. aliqd̄ qd̄
fit. A B. qd̄ mēsurabit. A C. Hēc ita q̄ pars:
infiniti in quodā absoluta est tēpore. in infi-
nito. n. nō est possibile. totū. n. in infinito.
Et rursus/alterā si cepero, tantā quāta est. A
B. necesse est in finito tēpore. totū. n. in infi-
nito. & sic accipiēdo. Qm̄ aut̄/ infiniti quidē
nulla pars est que mēsuret (impossibile. n. est
infinitū esse ex finitīs eqliib; & ineq̄lib;:
ppterē q̄ mēsurabunt̄ quā finita sunt/ mul-
titudine/ & magnitudine/a quodā vno/siue
eqliasint, siue ineq̄lia, definita aut̄ magnitu-
dine: nihilo⁹. spati⁹ autē finitū: q̄ntis. A B.
mēsuraē) in finito tēpore. A C. mouebit. Si
milit autē: & in q̄ete. Quare/ ne q̄ fieri neq̄
corrūpi, possibile est semp: aliqd̄ vñū et idē.
In tex. 61. p̄bat eandē priorē partē vñū, siue mobile
moueat vñiformi, siue difformi velocitate. Sit. n. (inqt)
A L. spati⁹ finitū per qd̄ mobile mouēt tēpore infinito
qd̄ sit. D F. Tūc necessariū est (inquit) vñlōd mobile p̄us
trāseat priorē partē spati⁹. puta. A B. q̄ posteriorē. B
L. ex quo manifeste sequi⁹, q̄ priorē partē, debet trās-
rein priori pte tēpore. s. D E. et alia, in posteriori: q̄ se
cundū successionē magnitudinis/est successio et mot⁹, &
subinde tēpore. Hinc rursus sequi⁹, q̄ si mobile aliquā
partē magnitudinis trāsit aliquo tēpore: per manus tē
pustrāsib; eadē pars et aliqd̄ aliud. Et id quidē siue
mobile moueat velotius, semp atq; velot⁹, vt in motu
nāli: siue tardi⁹, ac tardius. vt in motu violēto: siue ma-
neat in eadē velocitate. His suppositis accipiāt aliqua
pars spati⁹. A L. v. g. A B. quā necesse est mēsurare to-
tū spati⁹. A L. supponat. n. esse aliquotā. Atqui pars
illa finito tēpore/ per trāsib; ut iam dictū est, postq;
debet trāsiri in minori tēpore, q̄ totū. Rursus si altam
tantā partē accepero, necesse est ēt eadē rōne tēpore fi-
nito pertransīrī: siue minori/siue maiorī/siue eqli, scđm
qd̄ mobile per eā velotius, tardius siue moueat q̄ per pri-
mā, aut eque velocit. Et cū p̄tes illi⁹ spati⁹ sint et singu-
le finite magnitudinis, et oēs finite multitudine et nu-
mero, sit vt omnes partes temporis consumpti, in toto
motu sint/etiam numero et multitudine finite: et singu-
le magnitudinis finite: siue sint eequales, siue inequaes.
Et cū nūle magnitudine et multitudine finite partes,
possint metiri. i. cōplere et hauirre totū infinitū, se-
quuntur vt tēpus illud non possit esse infinitum: et per conse-
quens. A L. pertransib; in tēpore finito. P̄arente-
sim ita legit. Imposibile est infinitū ēst, ex finitis, si-
ue equalib; siue in equalib⁹. s. ex partibus tot numero
quot sunt signatae in spatio, siue sint illis eequales, si
ue inequaes. Quia mensurentur tūc finitū et infinitū,
vno numero finito partium finitarū: nam spati⁹ parte

AB. finita finities sumpta, mensuratur. Quaecumque ve
ro eodem numero finito partium finitam mensurantur, siue non,
debet esse ambos finiti. Et similiter (inquit) est in quiete.
Neppe quod si duorum quietes mensurantur eodem numero par
tium temporis, quietes erunt finiti. Unde infert non esse pos
sibile unum idem semper. i.e. tempore infinito, aut generari,
aut corrumpi. Nam cuicunque generatur, aut alteratur,
aut augetur sit finitus, necesse est et motus ipsum, ac sub
inde motionis temporis, esse finitus.

Eadem autem ratio est: & quod neque in finito
tempore per infinitum, possibile est moueri/
aut quiescere siue regulariter moueat, siue
irregulariter. accepta enim quadam parte/
que metietur totum tempus: in hac quantita
te aliquam pertransibit ipsius magnitudinem/
& non totam, in toto enim: totam. & rursus
inequalis aliam. & in unoquoque similiiter: si
ue equalis sit, siue inaequalis ei que est a prin
cipio. refert autem nihil: dum modo sit fini
tum quoddam/vnaquaque manifestum enim
est/ quod consumpto tempore/ infinitum non co
sumitur: finita divisione/ & quantitate, & nu
mero, ablatione facta. Quare non transibit
in tempore finito: infinitum. nihilque refert
magnitudinem: versus alteram/ aut versus utramque
partem/ esse infinitam, eadem enim erit ratio.

Contra. 61. probat secundam partem eiusdem conclusionis
si, quod neque eodem modo possibile sit in tempore finito, magnitu
dinem infinitam pertransire. Nam detur. v.g. magnitudo infi
nitica. & l. que percurritur tempore finito. Dicitur. & signet
una pars aliqua illius temporis qua transitur una que
vis pars magnitudinis, quam partem spatiū necessaria est esse
finita: nam si toto tempore transibit spatium infinitum, parte
temporis transibit minus, et per consequēt finitum. Per
seuerat. n. in hoc quod unum infinitum non est altero minus. Et
tunc manifestum est alia equali parte temporis, pertransi
ti una alia parte in magnitudinis, aut equali/ aut maiori
vel minori/ secundum quod motus fuerit uniformis/
vel difformis. Unde cuicunque partes temporis sunt numero fini
ti, singuleque finiti magnitudinis: sit ut ita se habeant
partes spatiū, et per consequēt totum spatium sit infinitum.
Quia consumptio (inquit) tempore finito per numeratio
ne partium finitum, non consumitur infinitum spatium. Col
ligitur ergo/ quod non potest tempore finito spatium infinitum per
transire. Neque refert (inquit) sit ne infinitus simpliciter
versus utrumque extremum, an versus unum tantum, sed quid.

Textus
lxij.
His autem demonstratis: manifestum est/
quod neque finitam magnitudinem, infinitum
contingit transire/ in finito tempore/ propter
eandem causam. In parte enim temporis: fi
nitum transibit. & in unaquaque: similiiter.
quare in toto: finitum.

Chacenus de mobili finito loquitur est, quod dem
onstravit neque tempore infinito posse transire magnitudinem
finitam: neque finito, infinitam. Nam nunc sermonem trahit ad
mobile infinitum. Atque in hoc tex. 63. ostendit quod neque infinitum
mobile, finito tempore, potest magnitudinem finitam transi
re. Detur enim. v.g. spatium tripedale, & mobile infinitum,
versus occidentem, terminatum hic in principio illius spatij:

super quod incipiat moueri. Tunc si tempore unius hore,
debeat totum mobile transire tripedale magnitudinem: se
quitur quod in quarta parte illius temporis transibit per
illam magnitudinem, non totum mobile, sed finitum. I.e. pars fi
nita illius. Hoc enim est in omnibus traductionibus quibus legitur/ finit
am transibit, sed debet legi/ finit
am. i.e. finita pars mobilis. Nam si toto tempore mobile infinitum
longum transit per aliquod signum, in parte temporis mi
nor moles est illa que transit: et per consequēt finita.
Atqui cuicunque pars temporis sunt finite, et numero, et ma
gnitudine, ita se habebunt partes mobilis: et per conse
quēt mobile, quod tempore finito transit per magnitu
dinem finitam, esse non potest infinitum.

Cuoniam autem finitum non transibit in **T**extus
finitam in finito tempore: manifestum est/ quod lxij.
neque infinitum/ finitam, si enim infinitum/
finitam: necesse est & finitam / transire infi
nitum. nihil enim refert: utrumque esse id quod
mouetur, utrumque enim modo: finitum transi
bit infinitum. Cum enim moueatur infinitum/ in quo est. A. erit aliquid ipsius secun
dum. B. finitum/ vt. C. D. & rursus aliud/ &
aliud: & semper sic. Quaresimiliter accidet
infinitum motum esse per finitum: & finitum
transisse infinitum. neque enim fortassis possi
bile est/ aliter infinitum/ moueri per finitum:
que finitum transeat infinitum/ aut latrone
vtendo/ aut mouendo. quare/ quoniam hoc
impossibile est: non transibit infinitum/ finitum.
Contra tex. 64. adhibet ad eandem conclusionem ratio
ne secundam. Que certe est bona: nisi huiusmodi divisiones
faciat tam fecissent. Ait. n. quod si finitum mobile, non
potest infinitam magnitudinem in tempore finito transire/ vt pro
bat est/ eadem prorsus ratione sequitur, quod infinitum mobi
le, poterit finitam magnitudinem eodem tempore transire. Nam
ex contradictione consequentis, sequitur contradictionem an
tecedentis. Facit. n. duo ligna ab hoc puncto versus
orientem protensa, quorum unum puta. A. sit infinitum. B. vero sit
pedale. Ide tunc polet si quiescere. A. velut spacio. B.
moueat per illud versus orientem: et si quiescere. B. mo
ueat. A. per ipsum versus occidentem. Et hoc est quod ait.
Nihil. n. refert, utrumque est quod mouet re. I. l. n. mouet
infinitum, quod est. B. erit aliqua pars eius finita pedalis;
sicut totum. B. que sit. C. D. et rursus alia et alia, que sunt
semper equeles. Quare quo tempore infinitum. A. transibit per fini
tum. B. finitum est. B. transibit per infinitum. A. Quoniam non
potest alii infinitum, transire per finitum, quod ut finitum transeat per
infinitum. Igis si probat est finitum mobile, in tempore finito
non posse transire infinitam magnitudinem. eadem ratione excludi
tur, quod neque infinitum mobile, potest in tempore finito, fini
tum transire magnitudinem.

Cat vero neque infinitum: in finito tempore **T**extus
transibit infinitum, si enim infinitum: & fi
nitum. inest enim infinito: & finitum. Amplius
autem & tempore accepto: eadem erit demonstratio:

Chacenus de mobili finito probat, quod neque infinitum mobile, potest
infinitum spatium in tempore finito pertransire. Quia cuicunque in
finito mobile, sit aliqua pars finita, sequitur quod aliquod mo
bile finitum, moueretur per spatium infinitum/ in tempore finito:
quod iam modo esse impossibile demonstratum est. Neque rursus
si tempus statuas infinitum, poterit infinitum mobile transi

refinitū spatiū. Nā tunc aliqua pars finita ipsius mobilis transire finitū spatiū in tēpore infinito: cuius contrariū in initio huius capituli demonstrabatur.

Textus **C**uoniam autem neq; finitum infinitum lxxij. transibit/neq; infinitum finitum/neq; infinitum in finito tēpore mouetur: manifestum est/q; neq; motus erit infinitus in finito tēpore. quid enim refert: motum aut magnitudinē infinitum facere? necesse enim est vtrū nis & alterum: esse infinitum. omnīs enim loci mutatio: in loco est.

Con tex. itaq; postremo cōcludit id qd dictū est de tēpore, spatio et mobili, cēsendū esse de motu. Nēpe q; si mobile finitū non pōt infinitū spatiū transire, neq; mobile infinitū, finitū aut infinitū spatiū in tēpore finito, sit vt neq; motus pōt esse infinitus, in tēpore finito. Eadē. n. est quantitas et magnitudinis/et spatiū, per quā sit motus et motus ipsius.

DE DIVISIONE QVIETIS. CAPVT. VIII.

Textus **V**ONIAM Autē omne, aut mouetur, aut quiescit quod aptū natura est/quando aptum est/ & vbi



et quo pacto: necesse est omne qd stat cū stat/moueri. si. n. nō mouet: quiescit. sed nō cōtingit: vt ad quietē tēdat quiescēs. **C**on capite octauo, qd qnta pars est huius libri, perq; octo textus distribuit, post divisionē motus, agit de divisione quietis. Quies autē (vtlib. 5. tex. 6. vifsum est) dupl̄ accipit. Uno mō proprie, vt opponit motui violēto. Que est p̄sistentia rei nālis in suo loco naturali. Alio modo, pro cessatione motus quacunq;, siue sit in loco nāli, siue extra. Que dī statio, vt qn lapis projectus sursum, s̄sistit in puncto reflexionis vbi cessat impetus. De quo videbimus lib. 8. Et illud proprius dī quietari aucti, q; cōsistere aut quiescere. In quinque ergo priorib; testibus agit de humōi statidē: et in reliquis de quiete. Proponit ergo p̄mo in hoc tex. 6. 7. q; cū omne illud qd aptū natū est moueri, eo loco, et mō quo moueri aptū est, necesse sit semper aut moueri, aut quiescere, sit vt id qd stat. i. s̄sistit, qn s̄sistit, moueat. Nā alias tūc quiesceret: qd est falsum: qā cū non sit in loco nāli, potius tēdit ad quietē. Posset etiā dicī statio, qn graue sursum retinetur ab aliquo prohibēte motū: sed proprie hic vñ loq;, de quietatione in pūcto reflexionis. Que naturalē semper durat per tēpus: eo q; illic remissus impetus, licet non sufficiat sursum mouere graue, potens est tamen id parumper retinere.

Textus **H**oc autem demonstrato: manifestum est/q; et in tēpore stare necesse est. qd enim mouetur: in tēpore mouet. qd autē stat: ostēsum est moueri. quare necesse est, in tēpore stare.

Textus **A**mpliā autē/si velocī quidē & tardius in tēpore dīcim⁹: stare est velocius, & tardius.

CProbat dupl̄ omnē stationē naturalis motus esse in tēpore. Prima rō in tex. 6. 8. est hec. Omne qd mouet, mouet in tēpore: sed omne qd stat, mouet (quia renitit ad suū locū naturalē tendens ad quietē) ergo statio illa et s̄istēta est in tēpore. **E**altera est in tex. 6. 9. Velocius et tardius, non est nisi in tēpore: sed cōtingit rem stare

velocius et tardius. i. diutius/aut breui⁹ morariscōz cōditionē impetus retinetis: ergo statio est in tēpore.

Con quo autem tēpore primo id quod stat/ Textus stat: in quoniam huius necesse est stare. Diuisio lxx. enim tempore si in neutra quidem partium stat: neq; in toto. quare non vtq; stat id qd stat, si vero in altero: non vtq; in primo toto stat. secundum enim vtrūq; in hoc stat: si- cut dictum est/& in eo quod monetur/prīmus. vt autē id quod monetur, non est in quo primo monetur: sic neq; in quo stat, id quod stat. neq; enim ipsius moueri, neq; ipsius sta-re: aliquid est prīmū.

Con tex. 7. id qd de motu in tex. 5. 0. dixerat, de statio-ne repetit. Nēpe rē que per se primo stat et cessat in aliquo tēpore, in qualibet parte illius tēporis stare. Nam diuisio tēpore in duas partes, si in neutra stat, neq; in toto tēpore stat: si vero in altera stat, in altera vero mouetur, nō stat per se primo in toto tēpore, sed rōne vñ partis. Hox ponit simile conclusionē de statione, illi, quā tex. 4. 6. de motu statuerat: videlicet, q; sicut nō dāt primū mutatū esse: qd est dicere primū esse motus, ita neq; datur prīmū esse stationis.

Csit enim in quo primo stat: in quo. A. B. Textus hoc igitur: impers quidem non contingit es: lxx. se, motus. n. non est in imperti/ propterea q; motum est aliquid ipsius. quod autem stat: demonstratum est moueri. At vero/si diuisibile est: in quaūis partīū ipsi⁹ stat. hoc enim ostensū est prīmus: q; in quo stat primo/in quaūis parte illius stat. **C**uoniam ergo tempus est, in quo primo stat/ & non impartiibile est/ omne autem tempus/ in infinita diuisibile: non erit in quo primo statut.

CDemōstrat cōclusionē quēadmodū aliā de motu. Si enim datur primū quo mobile stat, s̄illud, v. g. A. B. Tunc aut. A. B. est indiuisibile, aut diuisibile. Indiuisibile esse nō pōt: quia qd stat, iam mō probatū est moueri: eo q; renitit ad locū naturalē. Motus autē in indiuisibiliis non pōt. Si autē sit diuisibile, cū in illo debeat per se primo stare, sequit q; in qualibet parte illius tēpo-ris stat. Et quia tēpus est diuisibile in semper diuisibili-ia, ante qdlibz tēpus/in quo stat, iam steterat in par-te illius. **C**Posset quis hic obiecere q; dāt primū instās esse stationis. Quod est primū non esse motus. Sed ad hoc iam iam respondet Philosophus.

CNeq; igitur: quiescens, quando prīmū Textus quietuit est. in imperti enim nō quietuit: pro lxxij. pterea q; nō est mot⁹ in impartiibile. In quo autem est ipsum quiescere:& ipsum moueri: Tunc enim dicimus quiescere: quando & in quo aptū natura est moueri/ nō mouetur id quod aptū natura est.

CPosit ea stationē, que impropicie est quies, prosequit idē demōstrare de quiete. Nēpe q; non dāt primū esse quietis. Et demonstratio est humōi. Si daref primū es-

se quietis, maxime esset illud instantis, qđ est primū non esse motus: sed tñ in instanti nō est qđes. vi tex. 30. et duobus sequētib⁹ probatū est: nā cū quiescit priuatio motus, nō est nisi quando aptus natus est fieri motus: motus autē in instanti fieri nequit, ergo nec quies.

Textus **xxvij.** **C**Amplius autem & tñ dicimus quiescere: cum similiter se habet nūc & prius/tanqđ nō vno quodam diuisidantes / sed duobus mīnīmis. Quare non erit in quo quiescit: imp̄ers. **S**i vero partibile est: tēpus vtqđ erit/ & in quaūs ipsius partium quiescet. eodem enim modo demonstrabitur: quo & in prioribus. Quare nihil: primum erit. hęc autem causa est: quia quiescit quidem / & mouetur omne/intempore, tempus autem non est primum: neqđ magnitudo / neqđ omnino ullum continuū. omne. n. in infinita partibile est. **S**ectio huius text⁹ nō est adeo apta. Probat primū rōne secunda qđ in instanti nō est quies. Quiescit. n. illud, qđ similit se hēt: similis aut se hēre dicit ordinē ad duo, vt. s. eodē modo se habeat nūc sicut ante: duo autē in indiuisibili esse nō possunt: ḡ in indiuisibili non est quies. Reuertitur deinde ad propositā conclusionē. Si ergo primum esse quietis/ non cōsistit in indiuisibili, necesse est vt primum illud sit tēpus, in cuius omni pte mobile quiescat: tēporis autē non est dabilis prima pars: ergo neqđ quietis est dabile primum. Lāusa ergo (inqt) cur neg in motu, neg in quiete, est dabile primum/est; qđ utrūqđ sit in tēpore: et tēporis, sicut neqđ alicuius contineat, non est dabilis prima pars.

Textus **xxvij.** **C**Quoniā autē omne quod mouetur, in tēpore mouetur/ & ex quodam in quodā mutatur: in qđ tempore mouetur secundum se/ & non quia in illius aliquo/impossibile est tunc secundum aliquid esse primum quod mouetur, quiescere enim: est in eodē esse/ tempore aliquo & ipsum & partium vñāquāqđ. sic enim dicim⁹ quiescere: quādo in alio & alio nūc/verum sit dicere/ qđ in eodem & ipsum & partes sunt. Si autē hoc est quiescere: nō cōtingit id quod mutatur secundū aliquid esse totum secundū primum tempus: tempus enim omne:diuisibile est. Quare in alia & alia ipsius parte/verum erit dicere: qđ in eodem sit, & ipsum & partes. **S**i vero nō sic est/ sed in vno solo nūc/ est: non erit tempore vñlo, secundum aliquid/ sed secundum terminū tēporis. In ipso autem nūc/ est quidem semper secundum aliquid manens: non tamē quiescit. neqđ enim moueri, neqđ quiescere est in ipso nūc: sed non moueri quidē verū est in ipso nūc/ & esse secundum aliquid. in tēpore autē non contingit esse: secundū quod quiescit. accideret enim id quod fertur: quiescere,

In calce deniqđ hui⁹ capituli, vt se p̄paret ad respōdendū sophismatibus Zenonis, resumit prius duo illatoties repetita fundamēta, videlicet qđ omne qđ mouetur, in tēpore mouēt, et ex quodā in quoddā mutatur. Unūlīcīt tertū, qđ impossibile est id qđ mouēt, eo tēpore quo mouēt perse primo. i. sed in quālibet partē illius tēporis, illo. s. tēpore vel aliqua partē illius esse secundū aliquid primū. i. manere penes aliquā partē spatii primo, et perse. Qđ additā denotandū qđ nihil prohibet esse in aliquo pūcto per aliqd instās. Et probat. Quiescere aliquā rē est aliquo tēpore esse in eodē. s. loco, aut sub eodē gradu qualitatis/aut quātitatis) secundū se, et quālibet sui partē. Nā quiescere est, qđ in alio et alio nūc res maneat in eodē loco, aut alio quo quis tr̄o. Addit scđ 3vnā quāqđ partē: qđ arbor dū vēto huc illuc pelitur, licet trūcus sit fixus, nō simp̄t quiescit. Et lignū per qđ calor successiue extenđit, licet scđ partē nō moueat, nō tñ simp̄t quiescit. Sīg mobile per aliquod tēpus maneret in eodē loco secundū quālibet partē et mobilis / tēporis/et loci, illuc quiesceret: nā cū omne tēpus sit diuisibile, habeatqđ plura nūc, in diuersis nūc esset in eodē loco. Subdit autē, qđ si mobile solū per aliquod nūc sit in eodē loco, nō inde sequit, qđ quiescat: sed id solū, qđ in tali nūc, nō moueat. Nā iā satis ostensū est qđ in indiuisibili nūc, nec motus est, nec subinde qui es. Hic locus strenue aduersus eos pugnat, qui credūt intensionē et augmētationē fieri per minima, vt postqđ in instanti produciū minimū qualitatis tantisper cesseret mot⁹ quo ad vñqđ alio minimū producas: et ita sequent. Concedūt nāqđ duratē tēpore mot⁹ manere mobile per tēpus sub eadē forma invariatiū. Sī de hoc. i⁹. de gene.

CQVO AD SOPHISMATA ZENONIS RESPONDETVR. CAP. IX.

ENO AVTEM: MALE R Atio **T**extus
cinatur. Si enim semper (inquit) lxxv.

A quiescit omne aut mouetur cum est secundum equale/est autē semper id quod fertur in ipso nūc, secundū equa le: immobilem eam esse sagittam, que fertur.

CHoc autem: falsum est. non enim compo- **T**extus
nitur tempus ex ipsis nūc indiuisibilibus: lxxvi.
sicut nec alia magnitudo vlla.

Duo hec postrema capita (sexta. s. pars huius libri) in hoc posita sunt, vt respōdes̄ antiquis philosophis de successionē et diuisione motus. In hoc. n. cap. 9. (qđ vñ decim hēt text⁹) rñdet Zenoni, et in sequēti, rñdet Democrito et Heracito. Proponit ḡ in hoc tex. 75. paralogismū Zenonio, quo falso et cōtra experientiā colligebat, sagittā, dū volat, nō moueri. Quicquid est (inqt) in loco sibi equali, aut mouet tunc, aut quiescit: sagitta in quolibet momēto tēporis, est in loco sibi eqli: ḡ in illo nūc, aut mouet aut quiescit: sed iudicio sensus non mouēt: ergo quiescit: si autē in quolibet nūc quiescet: in toto tēpore quiescit. **S**olutio subdit in tex. 76. Et potuisse quidē statim argumentum repellere negando quicquid est in loco moueri/ aut quiescere, si tantū sit in illo per instanti, vt iam modo dicebat: at qđ satis fuisset Zenoni, si concederet qđ in nullo instanti sagitta mouetur: nā inde argueret qđ neqđ in toto tēpore mouēt, aliter restinguat vim argumenti: negādo. s. hanc consequētiā. Nā vt inferat inobile in aliquo tēpore non moueri, assumendū est qđ in nulla parte talis tēporis mouetur: momenta vero non sunt partes ex quib⁹ tempus constat. Et ideo non sequitur in nullo nūc huius temporis sit motus: ergo neqđ in hoc tempore.



Textus Quatuor autem sunt rationes de motu/
Ixxvij. Zenonis:ingerentes difficultatem soluentibus. Prima quidē est, ea quę de ipso non moueris est: propterea q̄ prius ad medium oportet peruenire id quod fertur/q̄ ad finem, de qua diuisimis in prioribus rationib⁹.

Con tex. 77. serie et ordine rationes quatuor Zenonis exordit, quę difficultate solebant soluentibus ingere. Hūma est hec. Quicquid mouetur per aliqd spatium, prius venire debet ad punctū mediū/q̄ ad extremū: et priusq̄ pertranseat medietatē, debet transire primā quartā, et prius primā octauā rē, ergo si continuū diuidat in semper diuisibilū (vterat sententia Arist.) infinitē erunt humōi partes in cōtinuo: infinita autē, pertransiri non possunt: ergo mobile nunq̄ pertrāsib⁹ spatium quantūcumq̄ parū. **A**d hanc rationē dicit se supra respōdisse. s. tex. 19. nēpe q̄ spatium non est infinitū. i. carens extremis, sed infinitū diuisione: quēadmodū et tēpus ipsum. Unde nihil prohibet spatium habens hoc mō infinitas partes pertrāsiri tēpore, qd̄ eodem habet mō infinitas. Et solutio hec solū est ad hominē: qui eōdē modo debet cernere tēpus esse infinitū, quo spatium. Nā vera solutio est lib. 8. tex. 68. q̄ in magnitudine non sunt infinite partes in actu. s. diuise (nā ille non possent transiri) sed sunt tantum in potentia.

Textus Secunda autem: ea quae vocatur Achilles.
Ixxviij Est autem hec: q̄ tardius nunq̄ apprehendetur currēns a velocissimo. ante enim necesse est eat persequens: vnde monit fugiēs. Quare semper aliquo id quod tardius est/ antecedere, necesse est.

Cecundā rationē eōdē paralogismo colligebat. Nēpe q̄ si velocissimū mobile incipiat moueri a certo punto, et tardissimū paruissimo intervallo precedat, nunq̄ velocissimū attinget tardissimū. Etenimeo tēpore quo velocissimū venerit ad punctū vbi est tardissimū, tardissimū erit in alio distāti: et quo tēpore velocissimū venērit ad illud, tardissimū erit in alio: et ita cū iugiter fiat, nunq̄ celerrimū sequēs attinget morosissimū fugiens. Hec dicebatur Zenonis Achilles. Unde in prouerbii abist inter peripateticos, argumentū quod fortissimum ab aduersario censemur, Achille nuncupare.

Textus Est autem & hac ratio/ eadem illi quæ in duo equalia fit sectioni: differt autē in diuīdendo nō in duo acceptam magnitudinem. Non attingi igitur tardius: accidit ex ratione. Fit autem propter idem: cum bipartitione, in vtrīq̄ enim accidit: non peruenire/ ad terminū diuisa quodā modo magnitudine. Sed additur in hac: q̄ neq̄ velocissimum tragice dictum/ in persequendo tardius. quare necesse est: & solutionem esse eandem.

CPutare autem/ q̄ precedens non attingiatur. falsum est. cum enim precedit/ non attingiatur: sed tamen attingetur/ si opporteat trāsire finitū. hec igitur sunt: rationes due.

Colēs ph. ad vtrīq̄ simul sophisma respōdere, ait eadē vtrīq̄ ratione procedere: tamē sī verbis differat.

Nā hec etiā nitit eadē diuisione qua precedens. s. quia prius debet mobile venire ad mediū, q̄ ad finē. Et ideo si aliquid p̄baret, non solū id esset q̄ velocissimū nunq̄ attinget tardissimū, verū q̄ nunq̄ veniet ad punctū: unde, rofiscit tardissimū. Unde hec ratio non dividat magnitudinē in duo. Qd̄ tñ (inquit) nō attingat tardis, accidit ex rōne. s. eadē in virtute. Quia non peruenire/ s. in prima rōne ad teritū spatiū, et in secūda, ad tardissimū, in vtrīq̄ accidit ex diuisione quodā modo magnitudinis: qua falso putant spatium sic continuere infinitas partes, vt neutiq̄ valeat pertrāsiri. Sed adiiciunt in secunda tragicē, i. sumptuose, et fastu quodā admiratio, nis gratia illud superlatiuū q̄ velocissimū non pōt tardius persequēdo cōsequi. **S**olutio autē est, q̄ quādū tardius precesserit non attingit. Tamē admissō (vt rei veritas est) q̄ tēpore finito trāsib⁹tūr aliqua pars spatiū, tandē attingetur a velocissimo. Nā si velocitas, v.g. est in duplo maior, trāsib⁹tūr velocissimū in eodē tēpore, in duplo maius spatiū, q̄ tardissimū.

